

## CAPVT QVINTVM.

**V**Enia: dilect⁹ me⁹ in hortū suū, vt comedat fructū pomorū suorum.  
**S**pōsus charissimā Spōsa hortū pellabat: & quoniā piorū animo rū est, quæcūq; ab Spōso accipiūt dona & beneficia in Spōsum referre: & nomine amēnissimi horti, quæcūq; virtutū ornamēta quæ Spōse contigissent, Spōsus exprimere curabat: gratū animū & benuolū Spōsa declarat his verbis: [ Veniat dilect⁹ me⁹ in hortū suū, &c.] Hortus sum tua manu plantatus, & cōsitus, æterna prædestinatione, & electione, iugiter scaturīctibus aquis, hoc est, in copabili tua gratia & bonitate irriguus. Quoscūq; ita q; fructus effecro, tui sunt, tibi debentur. [ Veniat ergo dilectus me⁹, &c.] Tabernacu

**E**xo. 25. lū illud & tēplū celeberrimū, quo-  
**3. R**e. 36. rū alterū à Mōse, alterū à Salomo-  
 ne constructū fuit, arcana continebat rationes eorū omniū, quæ inter Spōsum & Spōsam, inter Deum & pios animos cōtigēre. Illud itaq; ad-  
 uertēdū, Mōsē virū Deocharissimū, erecto tabernaculo, rebusq; omni-  
 bus pulcherrimo ordine dispositis,

**E**xo. vlt. (vt Hystoria Sacra refert) admira-

bile illā structurā in gloriā & hono-  
**3. R**e. 8. ré Spōsi excogitasse. Et Salomon cōstructo tēplo longa oratione Spōsum inuitabat, vt templū illud dignaretur inhabitare: boni consule-  
 ret exiguū illud munus, sed ingenti animi pietate ab Sponsa, à populo Dei, & veteri Synagoga sibi dicatu, precabaturq; Sponsum eo in loco, tēplo, s. celeberrimo, placidovul-  
 tu & benigno populo propitiare-  
 tur, peccata remitteret, omne genus honorū charissime Sponsae impen-  
 deret, cùm ad ruendā corporeā vi-  
 tā, tū verò maximē vitā animi: mul-

tāq; fecit mentionē deprecationi-  
 bus populi illius & sacrificijs, quæ  
 omnia benigno animo acciperet, enī  
 xē postulabat, perinde ac si diceret:  
 [ Veniat dilect⁹ in hortū, &c.] Quæ  
 cunq; verò siue in tēplo illo quod  
 Salomō extruxit, siue in tabernaculo  
 fœderis à Mōse exedificato gere-  
 batur, omnia (vt diximus) arcana  
 cōtinebāt rationes piorū animorū,  
 qui ab orbe cōdito Spōso per fidem  
 & charitatē, tanquam matrimonio,  
 fuere copulati. Nā sacrificia & obla-  
 tiones, orationes etiā publicæ, siue  
 sacerdotū, siue totius cōetus Israēli-  
 tici sanctos animorū recessus signi-  
 ficabāt: tū verò maxime odorata oīa  
 quæ in tēplo iuxta rit⁹ Mosaicos cre-  
 mebātur: vt myrrha aloēs, cinnamo-  
 mū, caphora, cetera q; id genus alia,  
 de quibus in superioribus multa di-  
 xiimus: nā nō solū odoramēta illa,  
 sed & cetera omnia quæ Spōsi mā-  
 dato in tēplo gereretur, bona opera  
 pieratis, s. significasse, satis ostendit  
 Isai, cū inquit: Ad quid mihi inulti-  
 tudo victimarū vestrarū dicit Dñs?  
 Holocausta arietū & adipē pinguiū  
 vehemētē fastidio, sanguinē boūm  
 & hyrcorū, non diligit anima mea:  
 nē vtrā afferatis frustranea mune-  
 ra: incēsum res mihi est abomināda,  
 neomenias, sabbatha, panegyres, fer-  
 re nō possum. Et quoniā ista ad cor-  
 dis pietatē & cultū referebātur om-  
 nū, & hui⁹ rei essent effigies & ima-  
 go, adiecit: Lauamini, mūdi estote,  
 auferite malū cogitationū vestrarū  
 ab oculis meis: cessate ab improbi-  
 tate, discite benefacere: querite iudi-  
 cium, subuenite oppreso, ius dicite  
 pupillo, causā viduæ suscipite. Erat  
 proinde templū illud & tabernacu-  
 lum, veluti hortus quidam, ad quē  
 vetus illa Sponsa charissimū Spon-  
 sum inuitabat antiquitūs dicens:

M 5 [Vc]

[Veniat dilectus meus in hortum suum, ut comedat fructum pomo-  
rum suorum.] Et poma appellat cultum, cum internum, tum etiam  
externum. Sponsus enim virumque  
a nobis exigit: non solum animi pietatem, verum etiam externa opera  
ab Spona exigit: ut sint poma, tum  
animi cogitatus, & studia pietatis  
omnia: constructione transitua pro  
intransitua, fructus pomorum pro  
poma quae sunt fructus. Sed initiat  
haereticus, & virget: si haec poma Spō-  
si sunt fructus illi tribuēdi, tanquam  
ab illo proficiscantur: ubi igitur est  
libertas arbitrij humani? nam si po-  
ma ista Sponsi sunt, & quæcunque  
bona opera facimus, Sponso re-  
serenda sunt: ita ut potius sint cen-  
senda Sponsi quam Sponsæ: fun-  
ditus igitur libertatem arbitrij la-  
befactamus. Attende igitur aliam  
esse libertatem iustæ operandi, aliam  
autem libertatem operandi libere:  
& libertas illa quæ pertinet ad iu-  
sticiam operum, ex accidenti con-  
uenit creaturæ rationali, quemad-  
modum & iustitia ipsa: nam sicut  
iustitia, non necessitate aliqua no-  
stris animis haeret, ita etiam & hec  
libertas iustæ operandi nulla nece-  
ssitate nobis cōtingat: nam libertas  
ista iustæ operandi pendet a diuina  
gratia, & benevolentia numinis: si-  
ne qua, quamvis arbores huius hor-  
ti erumpant in fructus & poma,  
nufquam tamen erūt iudicio Spōsi  
grati saporis, neque illi erunt acce-  
pta. Libertas autem illa, qua no-  
strum arbitrium circa coactionem  
aliquam, aut consentit, aut dissen-  
tit: adeo est cum nostra natura con-  
iuncta, ut non magis a nostris ani-  
mis possit diuelli, quam vita ipsa,  
quam ratio, quam æternitas & im-  
mortalitas. Si igitur libertas illa

primi generis nobis ex accidēti con-  
uenit, nunquid satis erit, ut bona  
opera nostra sint, secundam illam  
arbitrij libertatem, cum nostra esse  
natura coniunctam: aut possumus  
propter secundum illud libertatis  
genus, poma siue fructus nostros ap-  
pellare, quemadmodum & Sponsi?  
Tota Scriptura sacra docet non pos-  
se nos vlo pacto Deum adiuuare,  
aut illius Spiritum: neque illi esse  
a consilijs. Quod si in bono opere  
efficiendo Deum non adiuuamus:  
quo igitur pacto poma ipsa, fru-  
ctus siue opera nostra appellabun-  
tur? Sed attende ex doctrina Diui  
Augustini Sponsam non posse vlo Au<sup>3</sup>. de  
pacto Sponsum adiuuare: neque il- 1.b. arbitri.  
li esse a consilijs: hoc enim propriū cap.15.  
est superioris causæ, inferiorem iu-  
uare, aut opera, aut cōsilio. Sed etsi  
Sponsum Sponsa adiuuare non pos-  
sit, neque consilio, neque opera, ad-  
iuuantur tamē ab Sponso, quæ vna  
ratio iuuamenti & opere sufficiat,  
ut poma siue fructus & Sponsi ap-  
pellentur, & sint. Quod ergo ab  
Sponso Sponsa adiuuatur apertis  
testimonijs scripturarum compro-  
batur. Est ergo nostræ volun-  
tatis proprius motus: alioqui fu-  
peruacaneum esset diuinum illud  
adiumentum. Sunt igitur in omni  
bono opere & Sponsi & Sponsæ cō-  
cursus: & Spōsus ita nobis cū opera  
tur, ut efficiat animā libere, & spōta  
nè credere, consentire, benēviuere.  
Nā si haec omnia Spōsus ipse non effi-  
ceret, quomodo igitur dicitur: Da- Eze<sup>36</sup>  
bo vobis cor nouū, & ego faciā, ut  
in præceptis meis ambuletis? & si  
libertas arbitrij non nobis maneret  
integra, nec fructus pomorum no-  
stri appellari potuissent, non dice-  
ret idem vates: Facite vobis cor no Eze<sup>18</sup>  
uum, & spiritum nouū. Obeamq;  
rem

**Ang. de rem** Diuus August. de libero arbitrio  
**buc. 15.** trio dixit: Nē mortalīs hōmo for-  
san arbitraretur, arbitrij libertatē  
funitus sublatam, Scriptura sacra  
nostrā ruditati se attemperans, &  
**Psal. 94.** signorantē consulens, Psalmo. 94.  
dicit, Hodiē si vocem eius audieris,  
nolite obdurare corda vestra.  
Nec vates Ezechiel diceret: Proj-  
cite à vobis iniquitates vestras, & fa-  
cite vobis cor nouum, & spiritū no-  
uum. Proaidus proinde Spiritus  
Dei, quæcunq; pietatis opera Spō-  
so tribuit, aliquādō suppressa liber-  
tate arbitrij, vt Sponsa facit præsen-  
ti carnine, ne in grauissimum erro-  
rem incidat Sponsa ipsa, existimans  
sine diuina ope & gratia posse se  
bonum aliquod opus efficere. Nūc  
verò contrā arbitrij libertatem, &  
facultatem exaggerat, suppressa di-  
uina gratia & Sponsi opera: vt ex  
ytreque ad iustitiam erudiatur ho-  
mo: agnoscatque arbitrij libertatē  
integrā sibi constare, & Sponsi ope-  
ram vñchementē necessariam ad bo-  
na opera efficiēda. Sed est peculia-  
ris quædā ratio huius administruli &  
operæ Spōsi, propter quā pomorū  
fructus, & bona quæcunq; opera  
Spōso potius quā nobis sint tribuē-  
da: vt vere dicat Sponsa: [Vt come-  
dat fructū pomorum suorū.] Nā  
cūm audis arbitrij libertatem simul  
cum Spōso ad pietatis opus concur-  
tere: nō itā intelligendus est hic cō-  
cursus: quemadmodū cūm duo ho-  
mines se mūruō iuuant: vel ad tra-  
hendam nauem, vel ad impellendā  
cymbā: quorū neuter possit suisvi-  
ribus id operis efficere. Spōsus enim  
cūm Spousam adiuuat, vt in fructus  
bonorū operū erūpat, illi coopera-  
tur, quēadmodū Sol perspicuo aé-  
ri cerā molliēti, per acceptū ab ipso  
Sole lumen & calorē, quemadmodū

ductor viā demōstrans, aut is qui ia-  
centē hominē, languidū, & imbecil-  
lē erigit. Ob cā enim rē Scriptura sa-  
cra operā Sponsi ad edendos fructū  
lumē appellat: nos verò assimilat  
eis hominibus, qui densissimis tene-  
bris, & profunda caligine, aut lubri-  
co in loco versentur. Et sicut me-  
dicus caligantibus oculis certis me-  
dicamentis videndi restituit facul-  
tatem, qua restituta, quamuis vi-  
dendi facultas, ea ratione qua be-  
neficiū est, medico sit tribuen-  
da: nemo tamen, nisi qui demens  
sit & stultus, negabit, visionem il-  
lam, hominis esse videntis. Hæc ve-  
ro que diximus, non obuiant his,  
quæ à Paulo dicta sunt, Neque qui  
plantat est aliquid, neque qui ri-  
gat, sed qui incrementū dat Deus.  
Siquidē Paul. eo loco nihil a-  
liud docet, quām arbitrium libe-  
rum nihil ex se boni efficere sine  
gratia Sponsi præparantis & illu-  
minantis. Quanuis ergo Spōsa fru-  
ctus pomorum Sponso tribuat, di-  
cens, [Fructū pomorū suorum:] Non tamen obeam rem tollitur ar-  
bitrij libertas.

*Veni in hortum meum soror mea  
Sponsa. messui myrrā meā cum  
aromatibus meis: comedifauū cū  
melle meo, bibi vinū meū cū latte  
meo: comedite amici, & bi-  
bite, & inebrīamini charissimi.*

**N V S Q V A M** Salomon disce-  
dit à venustate metaphoræ se-  
meli assumptræ. Nam quoniam  
fingitur Sponsus pastor, siue agri-  
cola rei rusticæ intentus, ea re-  
censer, tanquam pretiosissima,

quæ

quæ solent rusticis hominibus gratissima haberi, nempe mel & lac, fauns, tūm etiam & vinum. Fit autem interdūm in literis sacris istarū rerum mentio, de melle, de lacte, de vino maxime. Vtrunque igitur Salomon incredibili quodam artificio complexus est, ut simul & sacrificiorum veteris legis meminerit nomine mellis, lactis & vini: tūm & à rustica metaphora, & pastorica nō discedit, cūm hæc omnia apud illos semper habeantur in ore.

Leni. 15  
Num. 15  
et. 22.

Virgilius Eglo. I.  
*Hinc tibi quæ semper, vicino ab limite sepes,*  
*Hybleis apibus florē de pasta saliceti,*  
*Sepē leui somnum sua debit inire su-*  
*surro.* Et alibi:  
*Castaneæ molles, & pressicopia la-*  
*elis.*

¶ Attende itaque quām maturo consilio Salomon, siue Sponsus, aut Spiritus Dei per Salomonē his verbis declareret, quām sint illi grata & accepta pietatis opera, quæ Spofa efficit. Tu me (inquit) o Spofa inuitabas, ut in meum hortum defrenderem, veniam vltro. Ecce venio libens, & quæ mihi obtulisti poma siue fructus, ego dulciora iudico recenti fauo mella distillanti: nec lactis gratissimus sapor: apud pecuarios homines poscit cum pomis istis deparitate certare. Parum dixi: Imo non minùs tui fructus mihi probantur, quām soleat vinum rusticis hominibus siue agricolis. Quod autem myrræ meminit, me minit etiam aromatum siue odoramentorum, ad sacrificia, oblationes, totumque externum cultum veteris legis referendum est: ut intelligas

Sponsæ cultum, siue internum, siue externum non minùs Sponso probari, quām soleat fauus dulcissimus aut recés lac rusticis hominibꝝ probari. Et iure Spofus bona opera, & quæ diuinæ volitati sunt cōsentanea cibis gratissimis assimilat. Nā Ioan. 4. quēadmodū ille dicebat apud Ioan. (rogantibus discipulis & quærentibus inter se, cūm sc̄minam Samaranam alloqueretur ad puteum Iacob, quis attulit illi manducare:) meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei qui in cælis est, ut perficiam opus eius. Quasi dicat Christus: Ego non veni in mundum ut otiosus per totam vitam agam, non ut cuticulam probe curem: aliud est quod ego vehementius appeto, & desidero multò magis, quām famelicus cibum, aut sitiens potum, nempe ut faciam voluntatem Patris. Illius opus est, ut electos per Euangelium vocem, iustificem, glorificem. Hæc ergo vehementer cupio perficere: inceptum quidem est opus diuina prædestinazione & electione: sed nondūm perfectum, nondūm absolutū. Ego itaque vehementer cupio id operis perficere. Ingens sancte dilectio Spofi erga Spofam suam: ut salutem Spofæ & felicitatem sua morte parandam proprium cibum appellat. Inuitat proinde mortales omnes ad bona opera, cūm voluntate Patris efficere suum appellat cibū. Quicunque ergo voluntatem parentis cœlestis explet, per omnia Christum cibat & potat. Vide igitur, quo pacto omnia inter se coherent: Spofa propria opera frumentorum appellabat: Spofus ea opera dulciora graticra que iudicat fauo, melle & lacte: imo ea ipsa opera mel appellat, & fauū, & lac, & vi-

& vinum. Is enim est Sponsi cibus, efficere voluntatem parentis cælestis. Si ergo bona opera Sponsæ gratissimus cibus iudicatur ab Sponso, non frustra laborat is qui bonis operibus incumbit, ut quidam putarunt. Neque ea re contentus Sponsus, ut dulcissimis rebus opera Sponsæ atsi milaret, amicos, & charissimos, inuitat: ut eisdem cibis tanquam sibi longè gratissimis epuletur. [Comedite (inquit) amici, bibite & inebriamini charissimi.] Illud enim in conuiuijs viri illustris solicite obseruat ut quæ sibi videntur gratissima inter edulia, eadem ipsa conuiuijs accumbentibus proponant (Ansi se suele dezir, Este es el mejor regalo que os puedo hazer, daros de lo que bien me sabe) Ioan. 6. dicebat turbis illum sequentibus. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis (inquit) dabit vobis. Sponsus nobis cibos præbet, ipsius sunt bona opera quæcunq; effacimus: & tamèn quasi nostra sint, magnopere Sponsam propter opera collaudat, & inter beneficia quodammodo repavit: & quò magis exaggeret nostra merita, amicis & charissimis proponit inter epulas contemplada & exedenda. [Comedite (inquit) amici.] Quid aliud efficit Sponsus tota historia sacra, quam poma ista dulcissimi saporis, opera Sponsæ nobis omnibus proponere iunitanda, & iugi meditatione in stomachum animi trahienda? Fauus erat iustitia Abraham: dulcissimum mel illius fides & obedientia: vinum constatia sancti Noë, tū & sanctissimi Enoch: castitas Joseph candidissimum lac. Omnia itaq; pietatis opera, quæcunque ab Spōsa ædita sunt ab orbe condito nobis iunitanda proponit, cùm:

inquit: [Bibite amici, &c.] Per Pau. Rom. 4 Apo. loquitur de iustitia & fide sanctissimi Patriarchæ Abrahā: de fide, de constantia, alijsq; virtutibus eorum omnium quos virtæ probitas, animi candor, integraq; innocētia fecit illustres. Aliquādo & ipse magister virtæ de sancto Noë, Iob, Danièle mentionem intulit: quibus omnib⁹ quid aliud voluit, quam nos oēs ad eorū imitationem pellicere? Possint & verba ista ad cælites illos & felices oēs spiritus referri, ut illos Sponsus alloquatur, dicēs: [Co. Luc. 15, medite amici, &c.] Dixit enim aliquādo Christus, gaudiū esse in cælo super uno peccatore penitentiam agente. Quemadmodū ergo vnius hominis penitudine: lœtantur exultantq; felices spiritus, multò etiam magis excellentissimis & præstantissimis pietatis operib⁹ gaudebūt.

*Ego dormio, & cor meum vigilat.  
Vox dilecti mei pulsantis. Aperi  
michi soror mea, amica mea, colum-  
ba mea, immaculata mea: quia ca-  
put meum plenum est rore, & cin-  
cinni mei guttis noctium.*

Prīmā huius carminis partē, qui dā sic interpretatur, quasi Spōsa cor suū appelleat Spōsum, ut sit sensus. [Ego dormio.] Idest, cùm ego sōno eos opita iacerē, vigilabat cor meū, hoc est, me⁹ Spōsus & dilect⁹. Ut sit hoc loquutionis genus, quale solet esse inter amantes, qui se inuicem appellant corda, animos, mentes, & alias id genus appellations, quas pro tempore fingit amor. Quidam verò hec verba Spōso tribuūt, nō Spōsæ: ut Spōsus dormiat iuxta naturā humanā, vigilet iuxta diuinā. Sunt quicquid, quāuis prima huius carminis pars Spōsæ tribuatur, ita

ita intelligendā, ut Sponsa dormiat iuxta corporam naturā, quæ fragilis est, quæ imbecilla, vigilet autē secundū spiritum, ut sit id quod Christus redemptor noster aliquando dixit. Spiritus quidem prop̄ptus est, caro autem infirma. Mihi vero rem consideranti videtur, hæc verba

**Mat. 25** Sponsæ tribuenda esse: sed verum sc̄sum & germanum huius loci paucissimos video attigile. Ad uertendum proinde, inter priscos homines frequenter conuiua fuisse celebrata. Nam, ut Aristoteles, autor est, iuxta medicorum placitum, nihil magis hominis animū oblectat, nihil magis frontem remittit, quam conuiuum, modo sit intra rationis metas conscriptum. In conuiuo à laboribus interquiescimus, laxamus curas, ministratur amicitiae fomes, amoris est condimentū,

**Ezecl. 1.** ac vitæ solatia præbet, presertim si legitime, si caste coēant inuitates. Nam est conuiuij finis vitæ quædam communio, ubi promiscua alimonia, promiscuum fit & mentis bonum, voluntate comparili. Erant autem conuiuialia quædam ænigmata antiquitū, quæ inter epulas, & medijs in conuiuijs proponerentur, cum ad excitandos animos & execuenda ingenia, tum ad exhilarandos conuiuas, ut essent conuiua ipsa multò festiuora.

**Iudic. 14** Id quod Samson vir fortissimus, in literis sacris, non præteriuit: qui in conuiuio cæteris qui adessent adolescentibus ænigma proposuit. De comedenti exiuit cibus, & de forti egesta est dulcedo. Credidimus proinde, nisi me falsum teneat opinio, Sponsam iuxta veterem illam consuetudinem, non solum a gentibus verum etiam & a Iudeis obseruatam pertinacissime, cum

in conuiuio simul cùm Sponso, iuuençulis, adolescentibusque versaretur, ut ex superioribus constat, sua proposuisse in somnia loco ænigmatis, aut Gryphi, ut sit id quæd Hispane dicimus, Que es cosa y cosa. Sunt autem Sponsæ intomnia non vana, non inania: sed prophætica potius, & quæ varia, multa quæ arcana & sacramenta complecantur. Nā solet interdū Deus pijs animis multa per insomnia reuelare quæadmodū accepimus à Moysi, qui omnes propheti grad⁹ distinxit in visione, in speciem aut similitudinē in somnia, & in aperiā cognitionē. **Gen. 14.** Sic credimus multa fuisse reuelata sanctissimo patriarchæ Abraham, **Gen. 2.** cùm grauissimus sopor super eum irruisset. Idem de primo omnium parenti Adamo, cùm Deus grauissimum in illum soporē immisit. Idem **Ioan. 33.** de Ioan. Euangelista, cùm supra pectus Domini recubuit, iuxta quorū dā sententiā. Et insomnia ipsa frequentè rationes cōtinere arcana futurarū rerū satis ostēdit illūstris **Gen. 40.** patriarcha Ioseph, qui in Ægypto catenis pressus, seruis Pharaonis, pincernæ & pistori, futurarū rerum exitus certò prædictit. Idem de somno Pharaonis regis Ægypti à Iosepho ipso sapienter & prouide dis **Dan. 2.** soluto. Idē de Daniele propheta, qui somniorum sacramenta regi Nabu chodonosor aperuit. Et prophæta philosophia insomnijs nonnihil diuinitatis & numinis videtur tribuerre. Aristot. lib. de diui. insom. inquit: diuinationem aliquā somnijs inesse, neque pertinaciter resistendum, neque temere assertendum. Nam quod aut omnes, aut plūrimi arbitrantur in somnijs aliquid esse numinis, & visa pleraque occurrere futurarum rerum prænuntia, argu-

gumento est, huiusmodi sententiā hominum mentibus, vsque adeò insitam, vt omnium pene sit gentium firmata consensu: id quod fieri minime potuisset, si non à rerum euenitis habuisset tortum. Socrates apud

<sup>9. de rep.</sup> Platonem de insomniorum ratione differit. Cūm quispiam (inquit) salubri, & moderato cultu, atque via se tradiderit quieti, excitatur illico, & erigitur ea animæ pars, quæ rationem appellamus, optimis cogitationibus exsaturatur tanquam gratissimis epulis. Nam cūm animi facultas quæ voluptatibus est obnoxia, nullis agitatur perturbationibus: cūm ea, circa quam irarum ardor exæstuat, sedata, atque restincta est, tum demum pura mēs veritatem assequitur, neque somniorum occurasant vila nefaria.

<sup>Galen.</sup> Narrat & Galen<sup>o</sup> quid sibi super hac re acciderit, probans eandē sententia Jāblicus Platonicus animos esse quosdam asserit, yere præfigentes, afflatosque numine, qui cūdormire maxime videantur, haud dormiunt, & cūm vigilare videntur,

<sup>Demo.</sup> tūm verò maxime dormiunt. Deinde ocritus in ea sententia fuit, vt crederet pulsari dormientium animos externa & aduentitia quadam imaginum visione, quæ tanquam membranæ quedam à corporibus dirē, pre perpetuò funderentur & fluerent. Itaque Sponsa iuxta celebrem sanctarum Scripturarum morem, & prophætæ philosophiæ placita, sua proponens insomnia, dixit: [Ego dormio, & cor meum vigilit.] Hoc est, liber inter epulas vobis, ô gratissimæ coniuicæ, referre, quid mihi per insomnia acciderit. Videbar mihi Sponsum meum audiē ad hostium ædium pulsante

& clamantem, cūm mihi grauissimus simul & dulcissimus obrepere somnus. Benè dormienti Sponsæ, quod primo per insomnia occurrit, species Spōsi pulsantis est, & vocantis Sponsam. Multa enim narrat in somniorum progressu, quæ omnia præuenit Sponsi simulacrum clamantis. Ita enim naturā comparatum esse videmus, vt illarum rerum simulacra, de quibus cogitamus impense, per insomnia primò nobis occurrant: id verò maxime contingit amantibus, qui de nulla alia re, aut cogitant, aut loquentur, quam de rebus a-matis. Audiebam (inquit) vocem dilecti pulsantis, cūm ego graui somno consopita iacērem. Quale sit somnium hoc, de quo Sponsa loquitur præsenti carmine, facile licet conjectare. Nam vetus illa Sy-

<sup>Num. 45;</sup> nagoga frequenter diuinæ leges oppugnans, in scelera grauissima, & idolatriæ peccatum prolapsa fuit. Nam quemadmodum Moses

<sup>Eze. 33;</sup> vaticinatus est, Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, im-

<sup>Deu. 32;</sup> pinguiatus, dilatatus. Cūmenim po-

populus ille in terram promissio-

<sup>Num. 13;</sup> nis esset inductus, cuius optimum

erat ingenium, quæ esset omnium

earum rerum feracissima, quæ ad

fulciendam corpoream vitam vi-

deatur necessaria, breui diues, fœ-

lix, & opulenta euasit, adeò, vt

quasi ventre & stomacho vino di-

uei siisque cibis onerato, & suffici-

nato, grauissimus illam occupauerit somnus peccati. Vetus præte-

re homo noster frequenter gra-

uissimum nobis somnum immit-

tit: non solum flagitiosis pecca-

toribusque, verū etiam & iu-

stis, & pijs hominibus: ita vt non

sem-

**Roma. 7** semper edant opera fidei & chari-  
tatis, etiam dūm adeſt facultas, mo-  
le veteris hominis defatigati. De  
qua re Paul⁹, cuiusq; nostrum in-  
duens personam, frequentē con-  
queritur, cūm inquit: Dūm bonū  
facere volo, video mihi malum adia-  
cere, velle ſiquidē mihi adeſt: perfi-  
cere autem bonum inuenio. Non  
enim quod volo bonū hoc ago: sed  
quod odi malum illud facio. Cōde-  
lector ſiquidem legi Dei ſecundūm  
interiorēm hominem: ſed video alia  
legem in membris meis, repugnan-  
tem, legi mentis meæ, & captiuantē  
me in lege peccati, quæ eſt in mem-  
bris meis. Et tandem quaſi defatiga-  
tus & pressus mole corporea, dice-  
bat. Miser ego homo, quis me libera-  
bit de corpore mortis hui⁹? ſomniū  
autē ſolet scriptura ſacra, interdū  
in bonā partē, pro quietudine mé-  
tis, & ſc̄līci rerū ſuccēſſu accipere:  
**Pſal. 4** vt p̄s. 4. In pace in idipſum dormiā,  
& requieſcā. Interdū etiā & pro pec-  
cato & ſcelere, quo quis ceſſat ab of-  
ficijs pietatis, & corpori indulget a-  
liquātulū. Quēadmodū enim in ſo-  
mino corporeo ſēſus omnis vacat ab  
officio, ita & i ſomno peccati vacat  
mēs ab omni actione charitatis. Ad  
uertēdū proinde, veterē illā Synago-  
gā à fide interdū in infidilitatē, ab  
optimis morib⁹ & cultu virtutis, ad  
vitam perditam, multisque ſceleri-  
bus coinquinatā fuiffe prolapsam:  
**Exod. 32** quemadmodum & nobis frequēter  
accidit, vt deferto ſpōſo, diuinisque  
legibus contemptis, corporeis volu-  
ptatibus ſeruiamus. Sponsus igitur  
cūm ſponsa graui ſomno correpta  
irreparabiliter dormiret, ad oſtium  
pullabat, prophetas & concionato-  
res diuini verbi ad id operis deſtina-  
bat, vt minis & ſupplijs proposi-  
tiſ, tum blandioribus verbis, promiſ

sis scilicet, atque pollicitis Sponsam  
excitarent à somno, vocarēt à mor-  
te, et in vitam auocarent diuinorē.  
Docet præsentī carmine cœlestis Spi-  
ritus, necessariū esse, semperque fui-  
se internum Sponsi motum & insti-  
gationem, ut dormiens Sponsa in y-  
trāmque aurē, excitetur aliquādo.  
Nam si de fide agitur, primo beatæ  
vitæ fundamento, ab infidelitate nū  
quām Spōsa excitari potest, nisi Spō-  
sus crebrō pulset, & animi faculta-  
tes moueat ad arripiendam fidem.  
Totam ergo vitā spiritualē in duas  
partes distribuamus, siue veteris il-  
lius Sponsæ, siue cuiusque nostrum.  
Altera est, quæ tantūm complecti-  
tur certam de diuinis rebus persua-  
sionem, quā Fidem appellamus, tū  
infusam Charitatē, infusam Spem:  
altera verò, quæ cetera Dei dona, ut  
sunt optimi cogitatus, studia, & ope-  
ra pietatis. Si ergo de priori illo mē-  
bro loquamur, de fide scilicet qua  
quis diuinis oraculis credit: hoc v-  
num opus est, quod (ut August. in-  
quit) fit in homine, sed non ab ho-  
mine. Nam cetera omnia (ut idem  
docet) & fiunt in homine, & simul  
ab homine. Obreamque rem fides à  
Christo apud Ioannes Euang. Opus  
Dei appellatur. Quoniam (ut idem  
docet Augustinus) fides, vnde nascū-  
tur opera bona, vt in homine fiat,  
fit tamen ab Sponso Deo. Cū er-  
go Sponsa ab Sponso sepe ab infide-  
litate ad fidem excitetur, vides quā  
fuerit semper necessaria Sponsi cō-  
tumax ista pulsatio ad ostium Spō-  
sæ. Dicit aliquis. Nunquid pulsatio  
ista, de qua Sponsa loquitur, nō pos-  
sit ab ipsa ratione & humana men-  
te profici sci, quæ frequenter hortat-  
tur hominem, & impellit ad sectan-  
dam virtutem, & cultum honesti?  
Sunt enim qui credant, inter cetera

vocationum genera, quibus Sponsa ab Sponso vocatur, hoc vnum esse in postremis non habendum. Verum tamen hoc debeat esse certissimum, iustificantem fidem, ad quam Sponsa ab orbe condito frequenter fuit excitata, Sponsam nunquam nec cogitare potuisse, nec sibi consilere, nec prouidere de re ista citra pulsatione Sponsi. Quod si cuiquam videatur, etiam ante fidem iustificantem, initia quedam & quasi prima semina huius vocationis, & suscitationis a somno fuisse expertum: sciat huiusmodi cogitatus optimos, & seminaria virtutis, effectus esse diuine praedestinationis pulsationemque esse vocantis Sponsi, sine qua nec cogitare possumus, nec deliberare de rebus ad diuiniorem vitam necessarijs. Quod si fides sequatur prima ista semina, & bonos animi motus, confertur fides iustificans ab Sponso, non meriti causa, quae nulla praecedit in nobis: sed sequitur fides iustificans bonum animi motum, quemadmodum in Physicis forma, dispositionem materiae. Quemadmodum autem de fide ceterisque infusis virtutibus diximus, ita etiam & de alijs donis, quae sunt ab homine simul & in homine. Qualis sit Sponsi pulsatio, quam sedulo excitet dormientem Sponsam, siue a somno peccati siue infidelitatis, satis ostendit ipsa Spōsi oratio, quae per nervos (ut mihi videtur) semper crescit, ut fiat multo vehementior, potentiusque; influat in animū Sponsæ. [Aperi (inquit) mihi soror mea.] Qyis enim fratribus, necessarijsque pullantibus non aperiat, omniaque pietatis & benevolentiae presteret officia? Sed, ut fratris consanguineo & cognato Spōsa suæ verecundiae & pudoris rationem habes, media nocte foris non aperiat,

Sponsa tamen & marito pulsanti, quid possit impedire, quominus illi pateant fores? Obeaque, rem secundo loco eā appellat amicā. Sed si neque Sponsam mouet sororis titulus, non blanda amicæ appellatio, debeat sal tim illā permouere, quod illam columbam appellat. Quo nomine voluit profusissimū, sui erga Sponsam amorē significare, & dilectionē incredibilē, qua nulla possit excogitari maior: diligunt se enim inuicem huiusmodi auiculæ inter ceteras omnes impensisime, id quod querebuntur, guttulis, crebræ exosculationes, continuaque pedum orbibus adulatio satis ostendunt. Si ergo nec fratri aut consanguineo aperire velis, saltim vel Sponso te diligent, non secus ac quæ columbae solerit, pateat aditus. Postrem illam appellat perfectam, meam, Hebraicē יְהוָה hoc est, integrum, absolutam omnibus numeris, in qua nihil possit desiderari. Recitat Sponsus, hoc nobili & illustri titulo, quæcumque; ab Sponso accepit beneficia. Nam quod perfecta sit, per integrum, quod absolute, id omne debet Sponso. [Aperi mihi (inquit,)] vel propter ea quæ frequentiter accipisti beneficia, & magna & ampla. At verò quæ sequuntur plena, sunt affectibus. [Caput (inquit) meū plenum est rora, & cincinni mei guttis noctiū.] Si te (inquit) Sponsa nobilis tituli, & ingentia illa beneficia, non mouent, moueat saltem, quod per multas horas intepelta nocte rigente, frigore sub dio ad ostium steti: percussa ueraui pulsans, adeò ut caput totum humore nocturni roris medeat, & guttulae iam per cincinnos implexionesque capillorum defluant. Duo itaque Spōsus his verbis carissime proponit Spōsæ. Alterū est pertinacē impulsando perseverantiā: alterū ad la-

N bōres

boreis pertinet, quos, ut Sponsam ex-  
sistaret, libenter subibat. Ergo si fra-  
ter, si amicus, si impensè diligens, si  
qui in te cōculit tot beneficia, repul-  
sam patitur ille saltē qui tam in de-  
fesse, labores no&is, iniurias celi per  
pessas est, repulsam non patiatur.  
Pertinent hęc omnia ad exprimen-  
das vocationes diuinās: séper enim  
inuitat, alicet, ablāditur Dominus.

*Expoliaui metunicā meā, quomodo in-  
duar illā: laui pedes meos, quomo-  
do inquinabo illos?*

**P**RO tunica Hebraicē ינָה & צוֹתָה tunica vel camisia, vels agulū: Grē-  
cc. χιτών aut πεπλόν Gen. 37. nu-  
dauerunt cū tunica talari & poly-  
mitā. In plurali vērō תְּנִנָּה Ge. 3.

Túnica presenti carmine interiores  
vestes (ut arbitror) significat. Iā ve-  
rō lotio pedū ad frequētes illius po-  
puli lotiones yidetur respicere: cele-  
bre enim erat, siue solenne apud He-  
breos ante cubitum frequenter pe-  
des lauare: id quod exemplū Abra-

**G**en. 18. ham satis declarat, cūm angelos alī  
quando inuitaret ad prandū, tan-  
quā totius conuiuij caput illād' pro-  
posuit. Afferatur pauxillū aque, &

**G**en. 19. lauentur pedes vestri. Idem de sa-  
cto Loth, cūm eosde Angelos in dō-  
mū suā diuertere veluti cogeret. Se-

**I**udic. 19. nix præterea ille qui in Gabaa hou-  
minem de laterē montis Ephraim in  
domū suā induxit, inter cetera hospit-  
talitatis officia, aquā pedib⁹ ministra-  
uit: postq̄ lauerūt (inqr) pedes subē,  
recepit eos in cōuiuiū. Christ⁹ R. N.

**I**ean. 13. conuiuio illo postremo, qđ cū discei  
pulis celebravit, ut nullū prætermis-  
teret charitatis & dilectionis signū,  
illorū lauit pedes, iuxta veterē illi⁹  
populi cōsuetudinē. Igitur Spōsa tā  
quā veterē pressa, excludit pulsantē  
Sponsum, & leues quādā causas

prætexit, imò vesanas potiūs & stul-  
tas, propter quas Spōsum pulsantē  
repellit. [Expoliaui (inquit) me tu-  
nica mea, quomodō induar illā: laui  
pedes meos, &c.] Non est quod ni-  
miū excruiciemur circa allegorias  
quasdam de tunica ista, qua se expo-  
liauit Spōsa: an sit certa religio &  
obedientia mandatorū Dei, quam  
iterum detractat subire, quid etiā &  
pedū lotio. Illud tantū spirit⁹ cele-  
stis significare voluit, quid homines  
miseri & infelices Spōso anxiē & so-  
licitē pulsanti respōdeamus, quas in-  
terdū p̄x̄t̄d̄amus excusationes, vt  
Spōsu nostris z̄dib⁹ excludam⁹. Pri-  
mō, cūm Sponsa de tunica & lotio-  
ne pedū mentionē intulit, quæ du-  
res, leues quidem, illi fuerunt impe-  
dimento quominus aperire Spōso:  
vides quoniā pulsanti Sponso, exci-  
tati à somno & ad vitā spirituā re-  
uocanti, leues & stultæ cause nos re-  
morātur, quominus illi aperiāmus.  
Quid enim stultius, quā Sponso nō  
aperire, nē exutas semel velles iterū  
induas, aut non pedes lotos iterum  
coinquines? Easdē excusationes &  
nos frequenter, & vetus illa Synago-  
ga prætexebat. Quid enim demen-  
tius quām propter leues & momen-  
taneas carnis voluptates, propter vi-  
le lucrum, propter paucas pecunias  
Sponsum repellere pulsantē? Legis  
in Euangelio, inuitatos illas ad con-  
vivium regia magnificētia & appa-  
ratu propter nuptias filij instructū,  
leues etiā & stultas causas prætexiſ-  
ſe. Alius dixit, villam emi alius vxo-  
re dux: alius iuga boū emi quinq.;  
Quacunq; igitur causæ leues & ni-  
bili, vt sūt studiū diuinitatiū, honoris,  
& dignitatis, voluptatum & oblecta-  
mentorū carnis: quæ nos impediunt  
& remorantur, exprimitur præ-  
senti carmine, cūm inquit Spōsa.

[Ex-]

[Expoliaui me tunica mea, &c.] Vi  
des secundò quanta sit nostra deme  
ria atque velania, qui Sponso veli  
mus præstituere tempus nostræ vo  
cationis, cùm non sit nostrum nosse  
tēpora vel momenta, quæ ille po  
Luc. 24. suit in sua potestate. Nā cū inquit:  
[Expoliaui me, &c.] perinde est ac  
si dicat. Intēpestiuē pulsas amice:  
Act. 1. oportebat venires oportunē: nam  
postquam ego me tunica expolia  
ui, laui pedes, ingressa sum cubiculū  
(quæ omnia noctū homines solemp  
efficere) quomodo iterū lectulo sur  
gā, vestes induā, vt tibi aperiā. Libe  
ter me hercle, si intērdū venisses, a  
peruisse fores, nunc verò, Perdona  
q̄ se pegan las manos a las sauanas.  
Et nobis dormiētib⁹ exitiale & per  
nitiosum illud sceleris somnū, hoc  
interdū imò frequētēr contingit, vt  
pulsanti Spōso fores nō aperiāmus,  
q̄ nostro iudicio intēpestiuē sem  
per voce: & pulset. Voluptatibus  
carnis quispiā adat operam: pulsat  
Spōsus ad ostiū, vocat & inuitat, sed  
importunē (vt nobis videt:) statim  
respōdemus: si lucris, si pecuniarum  
capiditati in hiarem, libenter tibi a  
peruisse: nunc verò hoc tēpore cū  
dulcissimis carnis oblectamentis dē  
operā, quomodo fores aperiā? Dein  
dē, in virenti, in florenti ætate con  
stitutum vocat: intēpestiuē venis a  
mice. Si vocares senem, & lōga æta  
te fractū hominē & debilitatū ape  
ruisse libenter: nūc verò colligen  
di sunt flores carnis, ante aquā mar  
cescant. Idē etiā dixerim de omnib⁹  
alijs, qui periturā ū rerū & fluxarū  
tenentur studio. Sed & illud aduer  
tendū, Sponsam non solū Spōso nō  
aperuisse propter adductas causas,  
verū etiā quod secū haberet amato  
res alios. Obeāq; rem verū Spōsum  
repellit, nē in flagranti criminē ab

Sponso deprehēdatur. Sæpè enim  
hypocrisis, quæ nostræ carni agna  
ta est, causas & rationes secū excogi  
tat, & meditatur, vt Spōsum pulsan  
tē repellat nē forsā adulterij gra  
uissimiq; criminis accusetur. Eas e  
nim rationes atq; argumenta Spon  
sa præsentī carmine exprimit, quas  
solet hypocrisis tegendis & occultā  
dis criminibus. Instruimur autē, &  
eruditur præsentī versiculo, nō pos  
se Sponsam pulsanti etiā Spōso ape  
rire, aut assensum præbere Sponso  
vocanti, nisi Sponsus ipse, preter cō  
munem vocationē, peculiarē adhi  
beat operā, gratiā & auxilium. Non  
enim ita existimandū est, quasi Spō  
sa ab Sponso vocata, & excitata suis  
viribus possit lectulū, & pernitiolā  
peccandi consuetudinē relinquere.  
Aliud est magnoperē necessariū vt  
Spōsus nova & incognita ratione in  
terius moueat affectus: siue vhemē  
ti instigatione, siue externo flagel  
lo. Est enim Sponsa, & nostrū quisq;  
ab Sponso vocatus, quēadmodū lan  
guidus quidā, qui domo clausa iace  
ret, qui i citrā alterius adminiculum  
non posset, aut se erigere, aut fene  
strā domus aperire, vt lumē solis do  
mus tenebras & caliginē depellat.  
Spōsus itaq; pulsat ad ostiū, & per  
petuō penē pulsat. Sed vt excitetur  
Sponsa, vt aperiāt, necessum est, illi  
voluntas, singulari quadā ratione ab  
Spōso excitet. Querērib⁹ autē quid  
cause sit, q̄ Spōsus ab ipsa prima vo  
catione nō illicē Sponsæ arbitriū &  
voluntatē excitauit, ad amplecten  
dā virtutē: respōde, quoniā credere,  
resipiscere, penitere, opera sūt ab  
hominis arbitrio profecta cœlitūs a  
tracto perspiritu Dei diffusū in cor  
da nostra. Spōsus itaq; sic vocat Spō  
sam, sic trahit, vt etiā suo arbitrio di  
mittat. Quod si contēnit, & relucta  
tur,

Op. 13 tur possit se facere indignā amplio  
ri vocatione. Vix huic questioni pos-  
sumus facere satis: Quā ob causam  
sic quoddā vocat Sponius, vt à pri-  
ma vocatione statim, à peccatis ex-  
cirentur, quodā verò ita vocat &  
trahit, vt illos aliquantulū suo  
permittat arbitrio. Illud tantū sci-  
re fuerit opere pretium, perdi-  
tionem Sponsi ab ipsa semper na-  
scī, salutem verò & libertatem sem-  
per ab Sponso.

*Dilectus meus misit manum suam  
per foramen, & venter meus intre-  
muit ad tactum eius. Surrexi ut ape-  
rire dilectō meo:*

Provisante Sponso ad ostium ami-  
cor, cā illa moras nececeret, per-  
tendens friuolas & inanes excusa-  
tiones nē aperiret, propter causas  
iam dictas: Sponsus impatiens more  
manū suā misit per foramē, quod  
in ostio vel propē ostiū esset, vt ma-  
nu pesulū leuaret, & repagula quē-  
cunq; alia essent amoueret, atq; ea  
ratione aditū sibi faceret, viamque  
aperiret ad amatam. Pédet verus &  
germanus huius loci sensus, ab He-  
braicæ linguae idiotismis. Nisi enim  
probè teneamus, quid manus signi-  
ficet in arcanis literis, quid vēter, fie-  
ri non potest, vt in genuinos huius  
carminis sensus penetremus. Manus  
proindē (vt alias significations li-  
bens pr̄termittam) potestarem si-  
gnificat. Vt est illud Psalmographi  
in manibus tuis tempora mea, siue  
fortes meæ. Et Iacob ad Iudam, cum  
morti vicinus filio beneprecaretur,  
manus tua in ceruicibus inimicorū  
tuorū. Frequēs est hic Hebraismus  
in sacris literis, in man⁹ esse, pro eo,  
quod est esse in potestate. Verū cū  
ad Deum refertur manus appellat-

tio, interdū significat robur, fortitu-  
dinē. Nunquid manus Dñi inualida Nu. 11.  
est: manus Dñi abreuiata non est.  
Manus Dñi erat cū illo, quod ego Lnc. 1.  
de fortitudine intelligendū censeo.  
Est & regio vati familiarissimū ma-  
nū Dei pro graui vindicta & atro- Psal. 22.  
ci accipere plaga, vt traddas eos in  
manus tuas. Inueniatur manus tua Psal. 10.  
omnibus inimicis tuis. A fortitudi- Psal. 38.  
ne manus tuae Dñe ego defeci. Vide Exo. 10.  
runt Ægyptios mortuos super litt⁹  
maris, & manū magnam quā exe-  
ruerat contra eos Dns. Deute. 32. Deut. 32.  
Si ac verò vt fulgur gladium meum  
& arripuerint iudiciū manus meæ:  
Manus Dñi (inquit lob) tetigit me. Job. 19.  
Ad Hebreos. Horrendū est incide-  
re in manus Dei viuentis. Quib⁹ fa- Heb. 10.  
cile liceat cuiuis cōiectare, quid sit  
manus Sponsi pr̄senti carmine.  
Aut erit manus Sponsi illius pote-  
stas, siue facultas, aut robur & vis:  
aut grauis aliqua plaga, & supplitiū  
atrox ab Sponsa desumptū, aut oīa  
simul. Nā potentia diuina, roburq;  
illius, ac vis incomparabilis, vt alijs  
rationibus se insinuet, frequētē tam-  
en se exerit pœnis atq; supplijs  
in hominū scelera & flagitia inten-  
tatis. Canit Epithlamiographus  
pr̄senti carmine, ea oīa quæ histo-  
ria sacra refert de veteri illa Spōsa  
Synagoga scilicet. Nā multis modis  
Sponsam illam inuitabat, & excita-  
bat à somno peccati, blandiorib⁹ ti-  
tulis appellans populū illū: nūc qui  
dem primogenitū, nūc peculiū ex cū  
etis gētib⁹, nūc sacerdotale regnū: vt  
his appellationibus dulcissimis (qua-  
si dicas sororis, amicæ Sponsi) illā  
dormientē excitaret, & ad amplectē-  
dā virtutē iacentē erigeret. Sed quo-  
niā his omnib⁹ titulis blādioribus,  
illustrata, Sponsum contēpsit, aperi-  
te noluit, multis adhuc sceleribus  
Sponsum

<sup>Iudi. 2  
et. 3. et. 4</sup> Sponsum irritabat. Misit tandem manū suam, hoc est, graui plaga Spōsam percussit charissimā. Mortuo Iosue, vt refert historia sacra, multis sceleribus. Sponsum irritabat, Deserentes (inquit) Dñm, abierunt post deos alienos, coluerunt Baal, Astaroth: & incēsus est furor Dñi aduersus Israel, tradiditq; eos in manus diripientiū, vendidit eos in manus hostiū. Eadē penē scelera aut flagitia recensentur cap. 3. Ex quibus pēnis atq; supplitijs profecta est resipiscētia, & dolor cordis, & ad virtutem regressus. Itaq; Spōlo iā olim à pris cis illis tēporibus immittēte manū, pēnas & supplitiā aduersus impietatē Spōsæ, atq; hoc indicio eximiā illius potestate & vim declarante, Sponsa illa à lectulo excitata, amouebat repagulā, & ostij pesulū apertebat dilecto. Posset quipiā iure ambigere, quid causæ fuerit qd Spōsus nō illico atq; accessit ad ostium Spōsæ, manū suā per hostij foramē misit, vt pesulū ostij siue repagula amoueret. Satis sciebat Sponsus, Spōsam sibi charissimā, propter animi sociordiā & desidiā, minimē excitādam fore blandiori illa vocatione: quā igitur ob causam tēpus terere in re, quā sciebat fore inutilē, nō detrectauit? Sunt qui velint, Sponsum interdū quosdā vocare priori illo vocationis genere, nō adeò efficaci, vt illos sic vocatos expectet ad pēnitentiā, ad dolorē cordis internū: quā si liberū Spōsæ arbitriū, suapte vi & natura, post primā illā vocationē citra vltiorē Spōsæ opē possit à peccati somno excitari. Is autē fuit error Pelagi. Verū quidē est Sponsum Spōsam primò vocauisse blādiori illa vocatione, de qua dixim⁹, illāq; aliquandiu expectasse moras neccentē, inanesq; præcedentē excu-

sationes: sed expectabat illā, vt à peccato excitaretur nō sine Spōsi ope: quæ post vocationē ipsam necessaria erat, vt Spōsam traheret, inuitaret, vt tandem surgeret, relinqueretq; flagitorū molles stract⁹, siue lectulos. Quod Spōsus post priorē illam vocationē Spōsā aliquātis pēr expeditat, ad illi⁹ pertinet summā bonitatē: & expectatio illa inter Spōsi beneficia & peculiares tract⁹ connumerāda est, iuxta Paulinā sententiā, Ignoras quoniā benignitatis Dei ad pēnitentiā te adducit? an diuitias bonitatis ei⁹ & patiētiae, & lōganimitatis cōte innis? Christus R.N. rem istā eleganti & venustissima expressit similitudine, vt ostēderet ad summā illi⁹ bonitatē pertinere, & animi lenitatem, & inter peculiares illius tract⁹, & vocationes connumerandā esse expectationē istam. Ficulnā (inquit) habebat quidam in vinea sua, venitq; opportuno: ēpore quærēs ab ea fructus, & nō inuenit: dixitq; colonis si uē cultorib⁹. Tres anni sunt ex quo venio quærēns fructū, & non inuenio: igitur si tibi videatur succidamus illā. Vt qd enim terrā occupat inutilis arbor & infrugifera? Respondēs cultor inquit. Dñe, dimitte illā hoc anno, vsq; dū fodiar circa illā, & ster cora mīttā: & quidē si fecerit fructū bene res habebit: sin minus, succidetur. Libētē expectauit Dns vineæ. Quod expectationis genus, vt superius habes ex Paulo, ad peculiare Numinis pulsū & tractū pertinet. Sponsus proinde, quō mortali bus hominibus subindicer quāta sit sua bonitas, patientia, lōganimitas, vocat aliquādo, quāuis certo sciat, non illico ad primā vocationē peccatores excitādos. Cupit enim apud Sponsā ostētare diuitias glorie, bonitatis, & lōganimitatis suæ. Quod

N 3 autem

autē post priorē illā vocationē & expectationē, postquā ostentabat diuitias gloriæ & bonitatis. Mittit manū, vt remoueat obstacula & repagula omnia, hoc est flagello & castigatione Sponsam excitat, ita vt molles peccati strata relinquit, sugatq; à lectulo, vt Sponso aperiatur. Est enim illud literis sacris celebratissimum, misericordia Sponsi omnia illis opera præcedere. Non enim manū immittit per foramē, neq; seuerioris iustitiæ adhibet remedia, nisi pri consumptis omnibus misericordiæ medicamentis. Tū suo tépore Sponsus mittit manū per foramē, hoc est castigatione excitat Sponsā, & tépe stiue quidē, & opportune satis. Nā Sponsi vocatio nunquā temere fit, sed magno cū iuditio & delectu. Tūc

Mat. 9.

Luc. 10. enim adhibet acerbioris huius vocationis remedia, cum scit utile fore & salubrē: vt est annotatū à Christo super Matthe. de his quos pater familias vocauit, vt in vineā suā cō duceret. Alij (inquit) mane vocati sunt, alij hora tertia, alij hora undēcima: Deo sic oīa moderāte, vt singuli homines eo tépore maximē vocē tur & excitētur, quando Spōsus nouit futurū, vt vocatio ipsa felicessor tiatur exitus. Ergo quōd manū per foramē immittit, quasi ostrem adhibens remediū, quōd Spōsa statim surgit à lectulo, delectū Spōsi & exactū de rebus ventrī iuditū significat, in vocādis & excitādis hominibus. [Contremuit (inquit) venter meus ad tactum ei<sup>o</sup>.] Tactus nō est ad ventrē referendus: nā videretur vetus editio impudicū nescio quid significare: sed tact<sup>o</sup> ad repagula & pesulū ostij est referēdus. Itaq; Spō so manū immittente, venter Sponsę contremuit. Significat autē venter in arcanis libris, omnē animalē virtutē cā scilicet facultatē, qua vita cōstat

animalis. Hæc sedē habet in media corporis parte super diaphragma, vbi natura cor, pulmonē omnia quæ præcordia locauit: vbi audaciā, metū, fugā, iracundiā, spē, & amorē, odīū, voluptatē, dolorem residere ex physicis nouimus. Cōstat verò hæc animalis vita, cū his quæ diximus, tū etiā his quæ sub diaphragma locantur, vt sunt vēter & renes: quo sit, vt diuinior philosophia, cordis, nomine aliquādo, nōnunq; & cūtrīs, nō raro etiā renū, abditiora quæq; & absconditora tū animalis vitæ, tū spiritalis significet. Quo cīrcā regius vates David, vt vehementissimā cōmotio nē & metū significaret, aiebat. Conturbatus est in ira oculus me<sup>o</sup>, anima mea, & vēter meus. Idest suprema, media infima mei corporis tabe consumpta sunt. Habent Hebræa. ἡνὶ γέρι hoc est, resonauerunt viscera mea, quasi præ nimia cōmotio ne. Nā γέρι viscera significat, vt dixit Iere. 4. Ventrē meū doleo, cū illius viscera cōcuterētur. Esa. 10. Super hoc venter meus ad Moab quasi cythara sonabit. Hieronym<sup>o</sup> super locū illū: ventrē sonare quasi cythara, est in intimo cordis dolore, & summa animi mestitia ruinā & interitū amplissimē ciuitatis deflere. Spōso proinde manū immittente, vt remoueat obstacula & impedimenta, surgit à lectulo spōsa, vt aperiatur dilectio. Sūt aliquādo repagula ista diuitiæ & opes, interdum verò corporis robur integras salus, formē dignitas, vult<sup>o</sup> pulchritudo, honor aliquando & dignitas, sēpē filiorū & vxoris amor: hæc impedimenta, vt amoueat Sponsus, quæ illi aditū præcludunt, manū aliquādo immittit: eripit fortunas oēs, robur, & vires corporis, frāgit & debilitat, florēvenustatis decutit, honores & dignitates eripit, deturbat abestimatiōē & claritudine nominis:

Psa. 30.

Hier. 4  
Esa. 10

vt

ut illi aperiamus. Id qđ veteri Spōse  
frequētēr contigisse nemo ignorat.  
Ad tactū itaq; man⁹ diuinę, hoc est,  
cū man⁹ Spōli niteretur hęc omnia  
remouere obſtacula cōtremuere p̄c  
nimio terrore viſcera Spōsae: vt totā  
intelligas animalē facultatē, vt dixi  
mus, tūm etiā ſpiritalē. Optima qui  
dē ventris & p̄cordiorū cōcussio  
cū affect⁹ omnes & perturbationes,  
quæ in p̄cordijs habent propriū  
domiciliū, ad volūtatię Spōli iuxta-  
q; illius instituta gubernantur, &  
in proprias operationes diriguntur.  
Felix cōmotio viſcerū & p̄cordi-  
orū, eū audacia depugnat aduer-  
sus peccatū, metus horret omne ge-  
nus flagitij, iracundia cū sceleribus  
acrē ſuſcipit dimicationē, : pes tota-  
pendet ab Sponfo, amor & dilectio  
circa eundē Spōlū ſe versant, odiū  
in peccata & scelera dirigitur, volu-  
ptas circa res ſpiritales ſentitur, do-  
lor cōcipitur de scelerib⁹ admissis.  
Hęc viſcerū perturbatio & cōmo-  
tio & immutatio, ſequitur interdū  
ad poſtremū illud gen⁹ vocationis:  
vt omittamus qđ ratio & voluntas,  
altera per fidē, per charitatē altera  
diuinis legibus obtēperant. Hęc af-  
fectuum & p̄cordiorū conturba-  
tio & immutatio pertinet maximē  
ad vitā beatā. Nō enim ſunt hi af-  
fectus in nobis penitus diuellēdi, aut  
extirpādi: ſed iuxta preſcripta ratio-  
nis, & diuinis leges, fingēdi, forman-  
di, duceādi ſunt, & moderādi: vt cō-  
tēnenda ſint Stoicorū figmenta, qui  
affectus iſtos noſtri animi, & pertur-  
bationes in ſapiētē hominē minimē  
cadere cōſtantēr affiſmarūt. Naſci-  
tur ex cōmotione iſta id quod Pau-

vestra ſeruire immūdiciæ, & iniqui-  
tati ad iniquitatē, & nūc exhibet ev-  
era mēbra, vt ſeruiatis iuftitiae ad  
ſanctificationē. Vt enim corpus hoc  
materiale mēbra quędā habet: ita  
etiā & interior homo affectibus o-  
mnibus quaſi mēbris utitur, in cer-  
tas operationes à natura destinatis.  
Hęc mēbra interioris hominis, ante  
vocationes Sponsi, iniquitati, libidi-  
ni, & petulantiae deferuit: ſed cūm  
Spōlus manū imittēdo ut amoueat  
obſtacula, acri castigatione cohiberet  
à flagitijs, excirat a peccatis: mēbra  
illa, affectus ſcilet, & perturbationes,  
quæ antea iniquitati ſeruebāt, &  
voluptatibus dabāt operam, incipiunt iam ſeruire iuftitiae.

*Man⁹ mea ſtillauerūt myrrham, &  
digiti mei, pleni myrrha p̄batissima.*

**E**xcitare ſpiritu Sponsi Spōsae lo-  
cordiā, incipit manus admouere  
& extēdere ad op⁹. [Man⁹ (inquit)  
meę ſtillauerunt myrrhā, &c.] Ma-  
nus in literis ſacris frequenter pro  
iſla operatione externa ſumitur:  
vt apud regiū vatē: Deū exquisini  
manib⁹ meis, hoc eſt, optimē gemitis,  
& p̄clarē factis. Vnde peccatorū  
manus, iuxta Scripturarū morē, im-  
piorū opera ſunt, quæ vel cū hypo-  
crisi ſunt cōiuncta, vel aperte diui-  
nas leges expugnat. vt roſq; appellat  
Scriptura malos operarios, ſiuē ope-  
rarios iniquitatis. Quoniā igitur cō-  
ficiēdi negotia absolute rationē ma-  
nib⁹ tribuiim⁹: pulcherrimē Spōſa di-  
ētura de bonis operibus, & efficaci  
ministerio, manū meminit, dicens:  
[Man⁹ meę ſtillauerunt, &c]. Vtq;  
itaq; Synagoga cū à Deo vocata in-  
terdū aperire recusaret, ſupplitijs,  
(vt diximus) & castigatione excita-  
batur à peccatorū ſomno, plagijs;  
& dura castigatione admonita, ſa-

Rom. 6. Ius hortatur: Humanum dico propter infirmitates carnis vestrę, id est,  
leue & fatile, & quod cōmune eſt iu-  
beo: quęadmodū exhibuistiſtis mēbra

**Ez. 30.** crificia, oblationes, orationes Spōſo  
offeret, ceteraq; extēriora opera  
**Leui. 16.** pietatis & verē religionis: inter quē  
**Num. 16.** connumerabantur Thimiamata, &  
ſuffitū ſodatorū: quæ omnia Salo-  
mō cōplexus est appellatione Myr-  
rhæ. Salomon proinde, ne diſcedat  
vel lato vngue à ſemel aſſumpta me-  
taphora, ſingit Sponsa ē lectulo ſur-  
rexit: & vt ſe probaret Sponſo, ce-  
lerrimē ſe vnguentis perunxisse co-  
pioſe adeò, vt de manibus & digitis  
guttatim defluerent, adeò vt pefulū  
oſtij, iuxta quorūdā versionem ma-  
deſecerit. Sequitur proinde diuini  
ſpiritus virtutē, eorū excitantē & mo-  
uentem, peculiari illa vocatione, mi-  
nifteriū efficax, excitans ad opera  
pietatis: ſequiturq; vera penitētia,  
& feruīdū ſtudium ſarciendi, quod  
omifſum eft per ſocordiā: quē admo-  
dū & praeſenti carmine, & lequen-  
tibus etiam videbimus. Habes preſen-  
ti carmine, liberā Sponsæ volūtati-  
nusquā poſſe aut bene velle, aut be-  
ne operari, ſine peculiari Sponsi vo-  
catione & iſtinctu ſpiritus Christi  
Iefu. Neq; hinc ſequitur, nō habere  
Sponsam potentiā, qua poſſit bene  
velle; quemadmodū ſi dicas, quāuis  
homo citra lucis adminiculū videre  
non poſteſt, non igitur habet poten-  
tiā aut facultatē videndi. Quemad-  
modum enim clauſus oculus, aut dé-  
liſſimis tenebris profundaq; cali-  
gine conſtitutus facultatē habet vi-  
uendi, luce aut lumine in oculum ſe  
iſſinuante: ita & huinanuſ animuſ  
tenebris peccatorū immersuſ, & le-  
ctulo flagitiorū ſupinus decubens,  
vīm habet & potentiā, qua & vide-  
re poſteſt, & operari ea quæ ſunt ad  
ſalutē neceſſaria, ſi tamen adhuc diu-  
na vocatione, & lumen ſpiritus facul-  
tatē & potentiā excitans ad bene  
operandum. Sponsa proinde cū pri-  
mo vocatur ab Sponſo, tantū exci-

pit diuīnum beneficiū, cum ipſa ni-  
hil operetur: vocata ſecundō exi-  
tatur à ſomno, ſurgit à lectulo, ma-  
nuſ incipit admouere, ut pefulū oſ-  
tij aperiat Sponſo. Eſt hic aliquid,  
quod operabatur Sponsus ſine Spō-  
ſa, gratia & iſtinctu Spōſæ volū-  
tatem excitans & mouēs, eſt aliquid  
quod Sponsa efficit, non tamen ſine  
Sponſo: quod ſurgit à lectulo exeu-  
ſa pigritia, quod myrrha pretiosiſ-  
simisq; adoramentis manus perun-  
xit, quod ad remouēda clauſtrasiue  
repagula manus incipit admouere.  
Eſt enim aliquando Sponsi vocatio  
tam efficax, vt ſola ipſa vocatio  
in nobis primō operetur, quodāmo  
do ſine nobis: quemadmodū Paulū  
de celo: ocauit vocatione adeò effi-  
caci, vt reiecta contra Christū duris-  
ſima voluntate, ſuū p̄r̄eberet aſſen-  
sum, dicens: Domine, quid me viſ fa-  
cere? Vocatione illa & ſubitō immu-  
tata voluntas, Sponſo potiū tribuē  
da eſt, quā Paulo. De gratia iſta lo-  
quebarur, cū diceret: Gratia Dei ſum  
id quod ſum. Quę gratia p̄ueniēs <sup>1. Co. 15</sup>?  
iure appellatur, ſecundū quā huma-  
nus animuſ ſubitō diuina miferatio-  
ne, ita percellitur & tāgitur, ut intus  
ad ſe reuerſus, & in ſeipſum deſcen-  
dē ſibi diſpliceat. Quod autē viðes  
Paulū. A poſtoliū poſt vocationem  
iſtā laborare, caſtigare corpus, in ſer-  
uiutē redigere opera ſunt Pauli,  
ſed non ſine Spōſo. Ad eūdem mo-  
dū dicio de operibus Sponsæ. Ma-  
nū itaq; incipit admouere Spōſa, &  
manū plenaſ myrrha: hoc eſt, a gre-  
ditur opera penitentie aliarūq; o-  
mniū virtutū, quæ prima initia ſu-  
munt à dolore, amaritudine, & mœ-  
ſticia: quæ oīa per myrrhā ſignificā-  
tur. Sed vt opera poſt vocationē ap-  
probentur Spōſo, opus eſt, Myrrha  
iſta virtuata nō ſit, ſed probatissima.  
Quam interpretes quidem tranſcū  
rem

tem myrrham appellauere. Id quod in eundem sensum recidit. In Gen. enim probata pecunia dicit pecunia, transiens. Cum enim Abrahā ab Ephrō Ethēo coēmit duplīcēm speluncam illā certis siclis argenti, probata mōnete, dicitur pecuniae summa, moneta publica transiens. Oportet ergo pietatis opera, quæ post vocationē aggredimur vitiata nō sint. Sed quæ lis est myrrha ista, probata, selecta. Nam aggreditur aliquando hypocrisia bona opera, sed ad captandam populi auram, & leues rumores. Tali erat peruncta myrrha Pharisēorum manus. Ieiunabant, orabāt, faciebat elemosynas, sed ut humanā gloriam & hominū laudis laudes aucuparētur. Dānabat iā olim Esa.

**Esa 1.** Iudeorū opera, quæ imposturæ & fuce viderētur, quæ decesserit interna pietas animi, quæ decesserit myrrha probatissima. Tūc tandem opera nostra Deo approbantur, & manus selecta myrrha inungūtur, cū nihil aliud intendimus, quā ut nostris operib⁹ diuina gloria, Spōsi nomē & estimatio magna suscipiat augmēta, & incredibiles faciat p̄gredi. Sed oportet etiā, ut opera diuinę vocationi respōdeat, & man⁹ & digit⁹ pleni sint myrrha p̄batiſſima. Sunt qui opera quædam pietatis efficiant, bono animo & cādido & syncero: sed ut hēc pauca opera efficiant in Spōsi gloriam, alia tamen sunt, quæ in suos usus, negotia, gloriam & dignitatem transfrērant. Singuli digit⁹ manus, singulæ sunt operationes. Oportet ergo, opera oīa nullo pr̄termisso plena sint myrrha p̄batiſſima, nihilq; sit ipsiis operibus vitiatus. Egent enim nostra ieiunia, orationes Myrrha ista. Hūc locū verterūt quidā digit⁹ mei Myrrham distilauerūt probam, quæ pessulū inadfecit. Quorū interpretatio si nobis probetur, possit, & ad af-

fectus ipsos carnis, & animalis hominis (quācādi modū superius dixi<sup>n⁹</sup>) accommodari: pessulū siue repagula ostij madefacit myrrha, cūm affect⁹ omnes, qui aditū solent pr̄cludere venienti Christo, ad pietatis opera & usus trāsferimus: tunc vera est carnis mortificatio, quæ vocatiō nem Sponsi sequitur, cūm iram, tristitiam, dolorem, timorē, amorem, qui omnes affectus solent nobis esse impedimento, ad obsequia Sponsi charissimi transferimus: ut cum tantū, qui timēdus sit, timeam⁹, amem⁹ uehemēter eū qui diligend⁹ sit, &c.

*Pessulū ostij mei aperui dilectio meo,  
at ille declinauerat, at q; trāsferat.*

**V**erius Synagoga, frequēter post duras castigationes & supplicia ostiū aperiebat Sponso, cūm tamen Sponsus nondū cessaret à castigatio ne, nondū eleuaret flagellū, nec potas remoueret, quib⁹ illā afficiebat. Multa de re ista refert historia sacra lib. Iudicū & regū. I. Spōsus ergo sollet interdū post vocationem Spōsæ etiam cū se ad externū ministerium Spōsa incipit expedire, aliquātis per declinare subducere seipsum, & abire. Sed abitio ista siue trāitus Spōsi nō vna tantū ratione cōtingit, declinat enim aliquādo, subducit seipsum post vocationē, indurando animū, & reluctantes diuinę vocationi suis permittendo consilijs. Nā & Pharaonem vocabat aliquando, nō solū prēdicatione Mōisi, portentis & miraculis: sed & multō anteā vocauerat, vt inquit dū Augu. beneficijs illis quib⁹ sanctissim⁹ Ioseph totā illam puitiā cūmulauerat. Sed post vocationē istā se subduxit De⁹, declinavit q; à Pharaone proprijs illis permitten<sup>Exod. 5. 6. 7. 8. 9.</sup> do consilijs. Idem dixerim de illis<sup>10. 11. 12. 13. 14.</sup> omnibus, qui tēporib⁹ Noēperie-<sup>Gen. 41.</sup>

N 5 runt,

**Gen. 67.** runt; idē de viris Sodomitis, de pertinaci Iudeorū populo. Declinat autē & se subducit Spōse, nō tamē vt illi animū induret, aut cā permittat suis cōsilijs & cogitatis. Solet prēterea post vocationē istā aliquantū per se subducere Sponsus, cū vocatā Spōsa adhuc prāmit & castigat, nec manū cohibet à flagellis. Sed post vocatā Spōsa, excitatāq; à peccati lectulo post collatam gratiā, cetera q; virtutū ornamēta, adhuc arcano suo cōsilio pēnis afficit, & grauiissimis vexat

**Num. 20.** supplitijs. Sanctus ille Moses, cuius fuit cū Spōso tā arcta familiaritas & amicitia, post peccatū illud incredulitatis ad aquas cōtradictionis, post peccati & sceleris huius remissionē, pēnas tamē luebat sceleris huius: ne q; enim terrā promissionis ingressus est, in pēna huius tanti flagitiī. Sen. sit & sanctus Dauid, post vocationē illā nobilē Nathā prophetā, Sponsū declinasse, & se aliquantū per subduxisse. Nā post lachrymas, post

**2. Re. 12.** pēnitentiā, post cilitiū, cineres, frequentes orationes, adhuc charissim⁹ filius, quē suscepérat ex Bersabee, plectitur morte: illi⁹ dom⁹, filij Ab salonis petulātia & libidine publico afficitur dedecore & cōtumelia, vt reliquias castigationes omittamus. Idē de vereri Synagoga, vt superi⁹. Hoc igitur est, quod Spōsa inquit. Cūm aperiuissim pessulū ostij, declinauerat Sponsus, atq; transierat. Talis est Sponsi transitus & abitio. Attende itaq;: quāuis humanus anim⁹ ab Sponso vocatus, si detrectet venire, possit sibi facere meritū obdurationis: si tamē vocat⁹ veniat, nō tamē proprijsmeritis, propriā accipit gratiā iustificantē. Solet etiā se subducere Sponsus. Primō: quoniā amor sagax venator est, vt dixere philosophi: nam vt sit amator cæteris in re-

bus iners & incuriosus, in amatori negotio calidus est & astutus, ita vt multis modis amati gratiā auctetur: nunc dolis implicat, nūc captat obsequijs, nūc mulcet eloquio, nūc cantu delinit. Secundō, discedit aliquantū pēr, nē amplitudo donorū, & virtutū ornamēta, quæ solet ipsa vocatione cōferre, vocatos in superbiam extollat. Ne magnitudo reuelationū me extollat, inquit Paul. &c. Tū, nē cæteros propter diuitias ingentes donorū contemnāt: sed illis potius cōmiserescant. Tertiō, quia quod nobis nimiū familiare est, solet venire in contēptum. Recedit ergo à nobis, nē nimis assiduus contemnatur: queratur audius, inuenitus retineatur contumacius. Quartō, præsentia Sponsi tanto solet afficer oblectamēto, vt prōpter collata dona ab ipsa vocatione Spōsa beatā vitam videatur agere in terris. Nē igitur putet exilium patriā esse, aut terrā pretiosissimam, subducit se, nē ciuitatem manentem nos hic habere putemus.

*Animā mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est: quæsiui, & nō inueni ilū: vocavi, & non respēdit mihi. Inueniūt me custodes qui circūcunt ciuitatē, percusserunt me, & vulnerare rūt me: tulerūt palliū meū mibi custodes murorū. Adiuro vos filiae Ierusalē, si inuenieritis dilectū meum, vt nūc ietis ei, quia amore lagae.*

**H**abē Hebrea בְּנֵי יִצְחָק בֶּן־בָּרְאֵל Idest, anima mea exiuit à me, vt dilect⁹ loquut⁹ est. Sed optimē meo iudicio vertit Hieron. [Anima mea liquefacta est.] Exprimit enim his verbis rapt⁹ quidā siue extasis, quæ non raro vere a mantibus solet contingere prōpter amoris vehemētiā. Nam cū nulla sit facultas que duo simul

simul efficere possit, & ad duo munera simul obeunda sufficiat, tota q; amantis intentio in assidua cogitatione amat se verset; fit necessariu, totam naturalis complexionis vim illic esse intentam, adeo, vt a proprio corpore deficiat. Quocircà prisci philosophi & poëtae amorem pallidum & macillementum finxeré. Nam quocūq; fertur animi assidua intentio illuc & spiritus, qui animæ sunt instrumenta, magno impetu co uolent necesse est. Trahuntur enim spiritus hū, quoniam ē subtiliori pu rioriq; sanguine gignuntur, quocūq; fertur intenta cogitatio: facileq; resoluuntur, cum non suppetat tam assiduus puri sanguinis fomes: obeā q; rē coguntur interdum amantes, grauissimos pati defectus, & extasēs. [ Anima (inquit) mea exiuit à me vel liquefacta est.] Ut inquit Hic rōnymus. Amorem veteres philoso phi, omni sapientiæ genere spectādi astutum, & nouarum rerum machi natorem appellarunt. Diligit Sponsus Sponsam charissimam: nascitur autē ex amore isto ast⁹ quidā admirabilis & nouarū rerū machinatio. Ecce enim Spōsa, quæ antea inex orabilis steterat, vt vocāt̄ Spōso ostiū aperire contēpsit: propter absentiā Spōsi amoris vehemētia quasi percita, inquit: [ Exiuit anima mea à me, siue anima mea liquefacta est.] Sequūtur absentiā Spōsi gritudines p̄nūmio amore: sequūtur vota, desideria, preces, imò & meditationes: de quib⁹ omnib⁹ suis est in locis dicēdū. Et primò secū meditat̄ Spōsa, reputatq; interiori animo rei magnitudi nē ad rationis momentū expendēs, quāta fuerit illi⁹ socordia, quā perni tiola pigritia, quādo Spōso pulsāte, & blādiorib⁹ inuitate verbis illi⁹ pre ces omnino cōtēpsit. Sic enim inter dū cōtīgere solet, vt qui ppter sum inā animi socordiā & supimitatē, vo cantē Deo, & amicē & benevolē in uitante, ē eōno & sterquilinio, peccatorū surgere renūt, multis deinde difficultatibus impediti, laborib⁹, su plitijs, imò & grauissimis irretiti sceleribus miserā suā sortē & infelicitē defleant multis lachrymis, in memoriā reuocantes blādas illas & suaves in uitationes Sponsi. Atq; ea ipsa cogitatione adeo incenditur anim⁹ in amorē Spōsi, vt raptos illos & exit⁹ patiat̄, de quib⁹ inquit Spōsa: [ Anima mea liquefacta est, vt dilect⁹ loquutus est.] Id est, illi⁹ dulcissimē loquutionis & vocationis Spōsi refri cans memoriā, p̄ nūmio Spōsi desy derio incēdor, exagitorq; vehemen ter. Possit Spōsa his verbis ingentē amoris vim, & excessus illos, de quib⁹ diximus, significare. Ad hūc modū solet amor interdū, externis corporis sensib⁹ nebulas quasdā effūdere, & vires sentiēdi exteriores laudificare, adeo, vt falsa pro veris s̄epissimē accipiant amantes: quo fit, vt sibi videātur interdū cū amatis colloqui familiariter, eosdē videre, audi re, tāgere: p̄t̄ certim cū tāta incidit amoris vehemētia, vt mens & cogitatio exeat, & liquiat: quasi dicas, p̄ priū relinquat domiciliū. Nā hūc exitū, in amore vulgari, sequitur insania quēdā, & trepidatio, & debilitas, & suspiria crebra, cū sit anima quasi proprijs laboribus depulsa. Id forsē s̄ētiebat Spōsa, cū dicebat: [ Anima mea, &c.] Videbat enim sibi charissimū Spōsū audire loquētē quā tamen iā discessisset, qui illā mītiū alloqueret̄: ad id cogente amoris excessu, & violētia, vt falsa p̄ veris accipiat. Quādmodū autē extases & meditationes sequunt̄ sanctissimā illa amati Spōsi machinamēta: ita ctiā sequūtur sollicitē & anxiē inuestigatiōes. [ Quēsui (inquit) illū, & nō inueni;

inueni: vocauī, & nō respōdit mihi.]  
 sic soler diuina iustitia, eisdē pene  
 rebus à nobis defumere debitas pōe  
 nas, quibus illius lesimus inaieslatē,  
 modisq; omnibus prouocauimus, &  
 irritauimus. Vocabat quidē Spōsus  
 Sponsā, illāq; quārebat: sed cū tā  
 solicite quereret illā, veluti non in  
 uenit, quādo vocāti & pulsanti, tot  
 beneficia tā eximiē conferēti nō re  
 spōdit, hoc est, nec vestes induit, nec  
 electulo surgit. Vocat Spōsus, respō  
 det quidē: sed perinde ac si non re  
 spondeat. [Exui me tunica mea,]  
 Postulabat igitur ratio, id exigebat  
 diuina iustitia, vt quāe quālita ab  
 Spōso illū contemnit, vocata nō re  
 spōdet ut oportet: cū aduersis rebus  
 multis difficultatibus angitur & pre  
 mitur, quārēs Spōsum nō inueniat,  
 cū vocat Sponsū, Sponsus ipse perti  
 naci silentio lingua cohibeat. Se  
 quuntur tertio loco labores & diffi  
 cultates, quas incurrit Sponsa, quāe  
 illā inuitat, trahat, cogātq; in sciplā  
 descendere & ad Sponsū redire suū.  
 Cū Sponsum quārerē inquit Spōsa:  
 [Inuenerunt me custodes ciuitatis,  
 percusserūt me, & vulnerauerunt.]  
 Hēc p̄m̄a pars est eius infelicitatis  
 & aduersę fortunę, quā sua culpa  
 incurrit Sponsa, q̄ excitante Sponso  
 & vocante, clectulo nō surrexerit.  
 [Inuenerunt me (inquit) custodes,  
 ciuitatis.] Vt illa Synagoga has oēs  
 corporeas difficultates perpessa est,  
 multis crūmnarū fluctib⁹ agitata,  
 propterea qđ vocāte Sponso, ostiū  
 pullante, & multis modis illā excitā  
 te, pristinis sceleribus & anteacte vi  
 ta renūtiare detrectauerit. Obeāq;  
 rē multis incōmodis affecta, multis  
 q; malis admonita, quāuis Spōsu quē  
 reret, antiqui sceleris & socordiae  
 pertessa, in hostes & inimicos accer  
 tinos incidit: qui amplissimā illorū  
 ciuitatē expugnabāt, custodiebātq;

¶ Re. 3

nē Iudeorū quispiā ciuitatē egredē  
 retur, quin poti⁹ abirēt oēs in milē  
 rā captiuitatē. Custodes ergō ciuita  
 tis & expugnatores ei⁹ appellat, iux  
 ta Hebræorū sentetiā, Chaldeos, &  
 Assyrios, vel gētes illas finitimas,  
 quib⁹ tanquā graui flagello Spōsus  
 dormientē Sponsam excita bat à so  
 mno peccati, Chananei scilicet Moa  
 bitis & Amonitis. Quēadmodū au  
 tē olim, id exigētib⁹ veteris Spōse sce  
 lerib⁹ & peccatis grauissimis, permit  
 tebat Sponsā Assyrijs, Babylonij,  
 ceterisq; gētibus: cadē opera, ppter  
 pigritiā nostrā, & animi socordiā,  
 permittit nos falsis doctorib⁹, & hy  
 pocritis, qui neq; à Deo mirūtur, ne  
 q; extorqueat verā animi pietatem:  
 sed vt olim Chaldei, Babylonij, Ass  
 yrij ad expugnandā Sponsā Chri,  
 & sanctā ciuitatē armabāt, itactiā  
 & falsi doctores, de quib⁹ loquimur,  
 multis modis instructi, & armati ad  
 uersus veram Sponsam Chri Iesu,  
 male illā, atq; atrociter tractāt. Nā  
 inter ceteras pēnas quas Spōsus ab  
 Spōsa soler defumere, quāuis alijs ra  
 tionib⁹ soleat ad erudiendā Spōsā  
 proferre exēpla iustitię sue: sed hac  
 vna ratione potissimum falsos do  
 ctores & hyprocritas pmitit, qui in  
 star Chaldeorū & Babyloniorū im  
 piē atrociterq; Sponsā vnicā diue  
 xēt. Vnde Hyeremias Trenorum.  
 2, inquit. Prophetę tui viderūt ti  
 bi vana, & insulsa, nō exagitātūt,  
 aut traduxerūt tua sclera, quo a  
 uerterēt captiuitatē tuā. Sed vide  
 rūt tibi onera vana, & expulsiones.  
 [Percusserūt me (inquit) & vulnera  
 uerūt me.] Est quēdā percussio diui  
 niverbi, quē deceat optimos quosq;  
 cōcionatores & pcones ditinē volū  
 tatis. Gladi⁹ est enim verbū Dei, &  
 gladius anceps, penetrabilior omni  
 bus gladijs materialibus: percutere  
 po test, vulnerare potest. Sed sceli  
 cissi-

Tren. 2.

Heb. 4.

cissimum vulnus; quod verbo Dei infligitur Sponsæ, quod omne cordis duritiæ penetrat, & proscindit stoliditatem, quod usq; ad animi medulas, & divisionem Spiritus & anime pertingit. Doctorum itaque munus est, hunc gladium distringere, bibrare manibus aduersus hominum flagitia, ad cohibenda scelera: sed falsi doctores, qui Babylonios, & Assyrios imitantur, aliud genus gladij distringunt. Nusquam enim verbū Dei manibus assumunt, sed verbū hominum potius. Nam si verbum Dei exacuerent ad cohibenda Sponsæ peccata, & compescendam effractam hominum peccandi libidinē, nusquam suis lucris & cupiditatibꝫ intenti Sponsam pallio exuissent: conqueritur enim post percussiones & plagas. [ Tulerunt pallium meum custodes murorum. ] Quibus verbis duo sunt à nobis consideranda. Primum est, quale sit ingeniuū falsorum doctorum, in quos frequenter incidit Sponsa: nam & à percussione & vulneribus manus non abstinent, & suis lucris & cōmodis intenti Sponsa palliuī auferūt. Quia si dicas, fortunas oēs & opes (Porq; es gente que anda a capear) Quemadmodū enim iam olim priscais illis temporibus impiæ gentes veterē illam Sponsam, non solum percutiebant, & afficiebant vulneribus: sed expilabant, fortunasq; omnes, diui- tias & opes diripiebant: vasa templi argenti & auri cælata miro artificio, & regem Sedechiam captiuum duxerunt in Reblatha, auferentes torquem auream ingentis precij de collo eius, oculos etiam illi erūtes: non secūs falsi doctores & hypocritæ Sponsam Christi pallio, hoc est, bonis omnibus fortunis, preciosissimisque rebus expoliant, non solum

animi, verū etiam & corporis. Christus magister vitæ vehementer Mart. 14 hortabatur, fugeret illius Sponsa Babylonios istos, & Assyrios, hoc est, hypocritas & falsos doctores. Cœte (inquit) a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Vestis ouina est, magistri titulus insignis, præceptoris & doctoris appellatio. Nam quemadmodū ouis nunquam suis vībus, suisq; cōmodis seruit, sed tota hominū vībus accōmodatur, lana, lac, caseum, carnes, omnia deniq; in humanos vīsus confert: ita etiam & ab his falsis doctribus & hypocritis, qui ouillis pelli bus occultantur, similia quædā possis sperare: sed fugiendi sunt (inquit Christus) nā sub his titulis, præceptoris, magistri & doctoris, ingeniū latet lupinum. Non enim in eam rē sua exerceant munia; aut doctoris officium & facultatem exequuntur, vt Sponsæ Christi sint cōmodo & utilitati: sed potius vt deprædēntur, vt pallium auferant: dicentes Sponsa: [ Tulerunt pallium meum custodes murorum. ] Tales erant antiquitus impij Pharisei, qui prætextu doctrine, magisterij, & pietatis, domos viduarum deuorabant. Id Christus R.N. grauiter, & acerbè aduersus illos increpabat, dicens. Qui deuorant domos viduarum, sub Mart. 15 obtenuit prolixæ orationis. Postremo tandem labores istos & afflictiones, iuxta quorundam sententiam, vota sequuntur, & orationes. [ Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inuenieritis dilectum, vt nuntietis ei, quia amore langueo. ] Alloquitur Sponsa iuenculas, quas secum ducit comites & pedissequas enixèque preceatur, vt si Spōsum inuenient, annūciant ei, quia languent eius amore. Chal-

Chaldaeus paraphrastes, hæc verba Sponsæ ita interpretatur, quasi Spōsa prophetas, aliosq; homines Deo charissimos alloquatūr. Adiuro vos prophetæ per decretum verbi Domini, quoties vobis reuelatus fuerit misericors, nuntietis eī, quia amore langueo. Atq; eum sequuti Latino-rum nonnulli constanter affirmāt, Sponsam enīcē postulare à viris Deo magnopere familiaribus, & illi coniunctissimis, pro illa funderēt apud Sponsum lachrymas, suspiria, singultus, orationes, vt tandem digna retur eam totam his incommodis & difficultatibus expedire. Nunquam Sponsa Christi, vel priscis illis temporibus, vel nostro etiam seculo, ita in uniuersum discedit à pietate, vera que religione, vt non reliquerit sibi Sponsus plerisque, qui & virtute sanctimonia, & integritate & innocencia sint admirabiles. Ad Heliam, De reliqui mihi in Israël septemillia virorum, qui non curuauerunt genua ante Bahal. Sunt quivelint, Spōsam (quemadmodum fieri solet) anxic, querere rationes placādi Deū, apud eos, qui speciem sanctimoniae pietatis & sapientie habent. Ceteras huius carminis difficultates, secundo capite satis (vt arbitror) explicuimus.

*Qualis est dilectus tuus, ex dilecto, o pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quod sic adiurasti nos?*

*Q*uemadmodum mens ipsa siue intellectus versatur circa verum & falsum dignoscendū ita etiā & appetendi facultas circa bonū & malum. Vis autem illa quæ in nobis cognitionem efficit, quæ ad modum vero illæcta illicò præbet assen-

sum: ita etiam si falsi spectrū in reb⁹ subesse cognoscat, desserit illicò, & auersatur: ad eūdem modū facultas siue vis appetendi, si rē aliquam speciē boni, aut effigiē præ se ferētem, vel procul apprehendat, & appetit summe & magno circa illam amore afficitur: si verò speciem mali in rebus subesse agnoscat, vehementius refugit, graui odio cōcitata. Illa pro inde iudiciorū diuersitas, & varia inter homines dē summō bono dissensio inde profecta est, quod de bonitate ista in rebus ipsis vel sita vel inferta non eadem ratione iudicarēt. Obeamq; rem, alij hoc tā præclarū nomen & appellationem voluptatibus tribuebant, vt Epicurus: alij honoribus, diuirijs: alijs verò qui cordatiōres sunt habit i, in vnā virtutē vt Stoici, totius humanę vitę summa referebāt: ita prout cuiq; boni aut mali species sc̄e obiectabat, & desyderio afficiebatur potiūdē rei, & vehementiori erga eā afficiebatur amore. Atq; hinc profectū arbitror, quod homines sapientes in varios, ac miserados inciderint errores. Ita enim natura cōditi sum⁹ homines, vt ea vehementius nos pei moueāt, quæ oculis videmus, quæ manibus cōtreftamus fallacibus corporis sensib⁹, quibus stolidā & bruta caro tantopere cōfidit, quā ea, quæ per aures demissa in animū se insinuat. Cū sit autē ipsa summi boni ratio, quā fidē docet, extrā limites humanorū sensuum cōstituta, mirū nō est, si animalē homines, non perceperint ea, quæ Dei sunt (vt Pau. inquit.) Se quūtūr enim sensus frequenter decepros, qui umbras duntaxat honorū cōlectantur. Obeāq; rem adolescētula, presenti carmine, quoniā hebetiores animos referūt (vt arbitror) Dei summiq; boni verā notitiam, haud

*1. Cor. 2.*

hanc affequitæ, petunt sibi ab Spō  
ta, notandas ostendi, quibus summū  
bonū & vnicū discernatur ab alijs,  
quibus stulti homines impēdūt sum  
mū honorē, veluti pecunijs, honori  
bus, diuitijs, alijsq; huiusmodi. Secū  
dō, de summo bono, illius notis &  
rationibus. Sponsam interrogant,  
Iuspiciat esid, quod frequentēr aman  
ti solet accidere, vt quod impensiūs  
amat, pulcherrimū iudicet, & venu  
stissimū, cūm tamen frequentēr se  
cūs se habeat res, vt prouerbium ha  
bet Hispanū, (Qui ē feo aīa, hermo  
so le parece.) Huius enim rei causa  
est (si ex intimis philosophiæ arca  
nis rationē petainus) q; cū humanus  
anim⁹ quēpiā diligit, nō tā afficitur  
circa illū iuxta propriā speciē, venu  
statē, & pulchritudinē, quā iuxta cā  
pulchritudinē & deorem, quē hu  
manus ipse anim⁹ cōcepit. Impendit  
itaq; amor ei pulchritudini, quā hu  
man⁹ animus fabricauit, & genuit.  
Obeāq; rē afficitur erga illā, nō so  
lū quia pulchra sibi videtur, verum  
etiā & quia ab eo genita est imago il  
la. Quisq; enim, arcano pprīx natu  
ræ, circa propios fet⁹ magno fertur  
impetu amoris. Hec inquā causæ est,  
propter quā amatores frequēter, cir  
ca iudicium venusti & deformis de  
cipiuntur. Iuuenculæ igitur existi  
mantes nē forsan Spōsæ accidisset,  
id quod ceteris amatoribus subue  
nire solet, inquiūt: [ Qualis est tuus  
iste dilectus ex dilecto, quod sic ad  
iurasti nos? ] Quasi dicas: Quid ha  
bet ille præclarum, eximiū & egre  
gium præ ceteris adolescentulis &  
iuuenibus? Aut nunquid, eadem ti  
bi causa imponit, & succum facit,  
quæ ceteris amantibus? Quod au  
tein inquiunt: [ Qualis est dilectus  
tuus ex dilecto. ] Non est quod phi  
losophemur, prolixasq; ordiamur

disputationes de generatione, aut  
processione diuinarū personarum:  
vt quoniā filius à patre generatur,  
de filio peculiari, ratione dicatur di  
lectus ex dilecto, quasi dicas lumen  
de lumine, De⁹ verus de Deo verò,  
quēadmodū canit Ecclesia: quam  
uis enim hoc philosophiæ genus sit  
nostræ fidei consentaneū, sed huic  
loco congruere min⁹ mihi videtur.  
Habet enim Hebræalingua suos idio  
tismos, lingueq; proprietates, quē  
admodū ceterę oēs. Cūm autē He  
bræis dicēdū est de præstantia & ma  
gnitudine rei cuiuspiā, quia cōpara  
tiuo carēt, solovnico elemento & li  
tera ⌈ comparatiuum exprimunt,  
aut per aduerbium מְרוּדָה. Præsentū  
verò carmine Sponsi præstantia,  
& amplitudo per literam ⌈ expri  
mitur. Itaq; cum Hébræa habent  
itā locus intelligendus  
est. Qualis est dilectus tuus præ dile  
cto? Id est quid habet insigne & exi  
miū tuus dilectus, quē tam impen  
se colis & diligis præ ceteris dilectis  
& iuuenib⁹, quos flagrati nos amo  
re sectamur. Nā & ea omnia, quibus  
nos tribuimus summi boni rationē,  
nō min⁹ pulchra esse videtur, quā  
tuus iste Spōsus, quē tu tā impoten  
ter amas. Si ergo tuus Spōsus diui  
tias excedit, opes, voluptates deniq;  
& virtutē ipsā, in qua vna esse vide  
tur sita sumi boni ratio, expone no  
bis, quid tu⁹ habeat dilect⁹, quo vno  
istarū rerū præsentia & magnitudi  
nē excedat. Tertiō si iuuenculæ præ  
senti carmine, nō eos referat homi  
nes, qui nullā, aut tenuē Dei habue  
re notitiā, Sponsa de præsentia Spōsi  
charissimi interrogat, vt illi ansam  
præbeat & occasionē celebrādi lau  
des, & virtutes charissimi Spōsi, vel  
illā causam præcedētes tanquam gra  
uissimā, quod adeo vehemēter illas  
& ad-

& adiurasset, & suisset obtestata.  
Nā in rebus leviorib⁹, nulliusq; mo-  
menti stultum sit & vesanum, tam  
graui obtestatione & adiuratione  
vti, quemadmodum Sponsa cūm in-  
quit, adiuro vos, vel obtestor filię  
Ierusalem. Mihi verò magnopere  
probatur, referant adolescentulæ il-  
lorum imaginem, qui nullam pror-  
fus certam & constantem de sum-  
mo bono habuere notitiā. Horum  
enim proprium est, vel per irrisiōnē  
vel curiositatis cuiusdam causa, de  
summo bono, & Sponso Sponsam  
ipsam, & filios Dei interrogare. Nā  
ut olim populum Israeliticum mis-  
ra captiuitate inter Babylonios de-  
tentum impiorum, cœtus postulabat  
hymnum cantate nobis de canticis

*Psa. 136* Syon: & regium vatem David (quē-  
admodūm eius testimonio constat)

*ISal. 41* est Deus tuus: id quod sanctissimū  
hominem vehementer excrutiabat  
adeò, vt nec noctibus, nec diebus à  
lachrymis temperare possit, fuerūt  
mihi lachrymæ nœc, &c: eadem  
opera, & iuuenculæ eorum mihi vi-  
dentur imaginem referre, qui vel  
nullam habuere certam de Deo no-  
titiam, vel moribus & viuendi con-  
suetudine, quemadmodum faciunt  
plerique, nullam Sponsi videtur ha-  
bere cognitionem: de quib⁹ iure du-  
bitare possis, nunquid satis credant  
ea, quæ de Sponso dicuntur.

*Dilectus meus candidus & rubicundus.*

**I**Ncipit ab hoc carmine Spōsa gra-  
phicè describere iuuensem omni-  
bus egregijs dotibus ornatissimum,  
qua imagine Deus representatur  
O. M. & quomodo adipiscum eum,  
ac retinere possint homines mirifi-

cè proponitur. Dupli ergo ratio-  
ne possit Sponsus hominibus inno-  
tescere, aut naturam suam mortali-  
bus manifestādo, aut per opera ipsa  
aliquam sui præbendo notitiam.  
Ipia verò natura diuina cūm incom-  
prehensibilis sit, humaniq; ingenij  
excedat limites, & captum humanæ  
mentis, quæcunq; per opera ipsa in  
mundi fabrica & opificio Sponsus  
fuit operatus ab orbe condito, Spō-  
sa perstringit paucis carminibus.  
Nam nisi per opera ipsa Sponsus mor-  
talibus innoticeret, quo pacto po-  
tuisset mortalis homo, certam illius  
assequi cognitionem? Zoroastes ille  
nobilis & antiquus philosophus vni-  
tatem illam, quæ Deus est, super ani-  
mum hominis mentisq; facultatem  
extare affirmabat. Et Iamblicus co-  
gnomento diuinus inter Achademi-  
cos Deum appellabat omnia super  
eminentem, maiestate augustissimū  
virtute incomprehensibilem. Neq;  
id Avicenna ignorauit clarissimus  
medicæ artis scriptor: qui cū à Deo  
exordiū scribendi summeret, supra  
humanæ mentis intelligentiam con-  
stitutum, sibiique soli cognitum es-  
se affirmabat. Quocircà apud Egy-  
ptios vetustissimo fuit more serua-  
tū, vt suprà templorū limina sphyn-  
gem haberent depictam: vt eo sym-  
bolo declararent diuina nobis sub  
ænigmaticis velamentis, interim q  
in corpore versamur, manifestari.  
Vt ergo Sponsus non ita in ambi-  
guo hominem relinqueret, vt nullā  
suipræberet notitiam (nam erat è re-  
nostra creatorē agnoscere: vt cogni-  
tio excitaret desiderium, desideriū  
autem pareret amore) multa  
extrā seipsum operat⁹ est, semperq;  
operabitur in finem usque totius  
creatüræ: vt ipsis operibus rāquam  
per clementia quedam mortalis ho-

mo possit & cognitionem Dei asse-  
qui, & autorem tantarum rerū sum-  
ma veneratione prosequi, summaq;  
charitate complecti. Ab operibus er-  
gō Sponsi, quæ nobis sacra ipsa scri-  
ptura reuelatur, Sponsa sumpta oc-  
casione & materia dicendi, inquit:  
[Sponsus meus candidus & rubicū-  
dus.] Comprendat itaq; primò Spō-  
sum à candore & rubedine, quod  
hæc duo in humana facie miro mo-  
do venustatem & pulchritudinem  
augeant. Quod si ad Physiognomi-  
cas regulas Sponsæ verba velis exi-  
gere, nullus est color, qui magis de-  
ceat generosam faciem, & animum  
proinde generosum, quam albus &  
rubeus simul permixti. Rubeus e-  
nīm color non permixtus albedini  
suspect⁹ semper nobis est, vel Hispā-  
no id confirmanti proverbio, (Hō-  
bre bermejo.) Albus verò color nō  
temperatus rubedine, mollem & fri-  
gidum significat. Sed cùm albedine  
mixta & temperata rubedo, homi-  
nem significat & rebus occupatum  
honestis, & ad multa idoneum, tum  
verò maxime iustum, benignum, &  
mansuetū. Est itaque Sponsus candi-  
dus, quia suæ natura benignus, &  
tractabilis est. Rubicūdus verò, quo-  
niā grauiissimus scelerum vltor,  
cùm id nostra peccata, nostraq;  
scelera exigunt. Sponsus enim, ita re-  
ferente Scriptura, non ita candidus  
est, vt nō sit ruber, neq; ita ruber, vt  
candidus non sit. Non ita seuerita-  
tem colit, vt non sit summa mansue-  
tudine & animi lenitate. Candor e-  
nīm Sponsi benignitas est, & māsue-  
tudo: Et quoniā plerosque non tam  
ad meliorem vitam, quām ad fugiē-  
da scelera & flagitia prouocat, ad-  
mixtus est temperatæ rubedini. Ob-  
camque rem quemadmodum can-  
doris Sponsi scriptura sacra, ita etiā

& rubedini, hoc est, seueritatis & in-  
stitez meminit. Candidus ostēditur  
Sponsus, cùm primos parentes, hul-  
lis suis meritis, ad sui imaginem ex  
tubeti afgila cōditos amoenissimo  
loco constituit, quo omnib⁹ oblecta-  
mentis & voluptatibus frueretur, &  
ad sui arctigre amicitia, & familiarit  
ate admisit. Rubicundus verò, cùm  
post scelus & peccatum, lesamq; illius  
majestatem, ex loco amoenissimo, &  
feliciori vita, in erumnas, miseras,  
& calamitates depulit. Cādid⁹ pro-  
ponitur Spōsus, cum per centum vi-  
ginti annos, tanta mansuetudine, tē  
poribus Noé, homines flagitosos  
ad pœnitentiam prouocabat: rubi-  
cundus autem, cùm inundantibus  
aquis diluuij postrema totum or-  
beum affecit clade. Candoris erat, q;  
Sodomitarum porteta illa flagitio-  
rum diu tolleravit. Rubedini verò,  
quod tam dica vltione, nunquam a  
se seculis audita, ignis & sulphuris,  
eorum ciuitates penitus absumpserat.  
Ad candorem Spōsi pertinet, quod  
decem iustorum gratiā, Sodomitarū  
erratis, interpellante Abrahamo, in  
dulgebat: rubedini verò, quod de il-  
listam graue supplitium sumpsit, vt  
nulla unquam gens atroces adeo de-  
derit pœnas & supplitia. Nullo de-  
niique Scripturarum loco ita Spon-  
sus candidum esse comperies, quin  
rubedini aliquid habeat admixtū:  
neque ita rubetem intueberis, quin  
candoris vestigium aliquod intue-  
re. Primi verò Sponsa cādīdū ap-  
pellat Spōsum; secundo verò ru-  
bicundū. Nusquam enim com-  
peries in literis arcānis vindictam  
sumpsisse ab improbris, aut pœnas  
atrotiores, quin māsuetudinē & bo-  
nitatē omnib⁹ expositā primò ostē-  
deret. Vtrunq; Paulus cōplexus est,  
dicens, Ignoras quoniā benigni-

O ras

tas Dei, hoc est, candor, ad penitentiam te adduxit, tu autem thelaurizasti tibi ipsum: Quasi dicas, ruborem Spō si siue rubedinem. Daniel. Candorem istum Sponsi intruēs. Vestimentum (inquit) eius candidum quasi nix. Et Esaias. Rubedinem istam contemplabatur: & Ioānes dilectus discipulus in Apocalypsi. Sunt qui velint, candorem istum, non ad māsuetudinem & benignitatem Sponsi referre, sed potius ad illius naturam diuinam: ut quoniam essentia Dei origo est totius claritatis & pie tatis, candidus illi appelletur. Celebre est literis arcanis Deum appellari lumen, unde & antiqui Hebreorum Theologi, quos illi Kabalæos appellabant, atque inter eos præcipue Rabbi Iohananam super Psalm.

Rabb. Ionn.

**Psal. 35.** In lumine tuo videbimus lumen, aperte testatur. Messiam in legē pro missum lucem siue lumen appellari. Id quod Rabbi Abba super eum lo

Rabb. Abba. cum confirmat. Obeamque rē Christus R.N. lucem & lumen frequenter se appellat apud Ioannem: Ego lux in mundum veni, ut omnis qui crediderit in me in tenebris non maneat. Sponsus proinde lux appellatur, non solum quod habeat lumen in se, purissimam scilicet naturam & fulgentem tribus in personis more lucis bibratam: verū etiam, quod sit fons totius splendoris, ita ut quidquid lucis apud homines cōperitur, ab hoc fonte deriuetur. Plato τερπιαγαθοῦ dicere ad ortus, non australis est de bono differere, quod humanæ facultatis dimensum tanta claritas excedat: illius tamen naturam tollerter inquirendo, illud est asse quutus, ut quod inter sensilia præcipue nitidum, præclarum, lucidū, immensum, admirabile esse videretur, illud esset quodammodo expressi-

**Dan. 7.**

**Ezai. 63.**

**Ioan. 12.**

sima supræmi boni, Spōnsi scilicet imago. Hoc verò solem esse coluit, cuius imagine humana imbecillitas excitari possit ad cognitionem summi Dei. Sol hic corpore humanos oculos non solum reficit, & suscitat, sed & vim illis præstat videndi. Nam illorum ingenua facultas sempiternis esset obruta tenebris, nisi solis lumen adesset: quoniam oculi corpore colores atq; figuræ intueretur. Ad eundem modum, & Sponsus ipse animū creat, vimq; intelligendi præbet. Esset tamē hæc facultas superuacanea, nisi diuinū lumen illi aderset, in quo rerū omniū inspiceret rationes. Quemadmodū ergo stupidus ille censendus esset, qui differente Aristote, aut Platone de natura solis, rogaret, quale esset astrum illud, quod sit fons totius claritatis & lucis, quem nemo posset cōnuentibus etiam oculis, non agnoscere: ad eundem modū postremæ vesaniae sint arguēdi, qui de Spōso ipso totius luminis & claritatis perenī fonte, qui in omnium animos & oculos se ingerit, querit, quid habet dilectus tuus præ alijs dilectis. Quasi dicas: quid habet sol in signe & eximiuū præ cæteris astris? Iohannes Euangelista eundem Sponsum lucem veram appellat venientem in huc mundū. Quasi dicas verantem & sese in mortalium pectora ingerentem: quod illuminat omnem hominem, Spōnsa proinde priori loco Sponsum appellat candidū, quasi sit fons totius candoris & lucis, velutq; iuvenculis veluti probro dare, quod sumnum bonū tam impudenter ignorarent, cum illius primum inditum esset lux, siue lumen, quod nemo mortalium ignorare posset. Quā fieri potest (inquit Spōnsa) ut, cum meus Spōnsus cādor sit, fonsq; totius lucis, vos lucē illam nō intuēmini,

Iohani

mini, nullamq; illius certa habeatis notitiam? *Vestra ergo culpa sit, ut in aperta luce Sponsum in eum non videatis.* Quod si candorem ad natura lucis & luminis placeat referre, possis & appellationem rubicundi ad ignem, vel flammarum transferre, ut sit idem rubicundus quod igneus vel flammeus. Nam Græca dictio huic videtur sententia suffragari. Nam ῥυγμος igneum vel flameū significat. Habes itaq; in Sponso candorem lucis, quod sit fons & origo totius cognitionis, quod omnium animis se insinuet: habes etiam in Sponso igneum sive flammeum colorem, ut in colore flammæ & igneo summā & expeditam operandi facultatem in Sponso intelligas. *Quemadmodū enim ignis magna cùm facilitate suas exequitur operationes inter cetera elemēta: ita etiā Sponsus (referente historia sacra) solo verbo & imperio, solaq; voluntate omnia efficit.* Fiat lux, & facta est lux, &c. Et: Verbo Domini celi firmati sunt.

*Gen. i.  
Psal.*

*Electus ex millibus, sive Sub signis babens exercitum decem millium.*

*E*lectum ex millibꝫ appellat Spōsum, ut magnā intelligas multitudinē. Is em̄ Scripturarū mos est, ut numero millenario pro qualibet maxima multitudine vtatur. Atq; ita Numerō, millenarius numerus sumendus est (ut arbitror) pro copiosissima multitudine, non pro numero aliquo satis certo aut determinato. Mille anni, apud Ezechielē prophetam, omne tempus est à reuelatione Christo, vsq; ad consumationem seculi. Numerorū trigessimo primo De millibꝫ Israel pro tota multitudine Eccle. ne Israel. Eccl. 7. Virtū de milie vñū

*Ezech.*

*Num. 3.*

reperiri, idest, vix ex omnibus virtis inueni, qui titulo boni & integri respondeat. Cadent à latere tuo milie. Et, Non timebo millia populi, cūcū cundantis me, idest, non formidabo ingentem inimicorū multitudinem, aut populum quantumuis numero sum. Eodē loquendi tropo Sponsa charissimū Sponsum electū appellat ex millibꝫ, quasi dicas, inter oēs eximiūs & prælans. Illud habet peculiare diuinus amor, quod veri amatores nusquam aut deceant, aut possint periculum timere, quod ceteris amatoribus, qui vulgari tenentur amore, perpetuò imminet. Frequenter enim contingit, ut nimius amor illis imponat, deq; rebus amatis corrupti sine iudicent, propter dilectionis impotentiam. Quō fit, ut interdum quæ turpia sunt, pulcherrima iudicent, & venusta, quasi sint ex millibus electa. In diuino autem amore, neque dilectioni aut charitati erga Sponsum, neq; laudibus ipsis & præconijs, neq; iudicio de re amata ullus possit subesse error. Vincitur enim nostra iudicia, laudes, præconia, magnitudine, & præstantia, venustate & pulchritudine rei amatæ. Nequit enim humanus animus (quem Ioan. Euāge, tenebras appellat) vel mente concipere, vel interno aliquo simulacro dignam exprimere imaginem diuinæ pulchritudinis. Tenebre (inquit) fulgentissimam illam lucem non comprehendunt: non magis quā ambitus totius celi intra angustissimos limites terreni centri possit comprehendendi. Quamobrem, cùm sit omnis nostra operatio, cogitatio, que omnis infra diuinas virtutes, & perfectiones Sponsi constituta: nullus possit aut Sponsi laudibus, aut præconijs subesse error, non ma-

O 2 gis

*Psal. 90.*

*Psalm. 3*

gis quam in ipso amore excessus.  
Nam quo pulchriorem iudicamus  
Sponsum, eo magis a falso recedimus  
quo meliorem, eò veritate viciniores  
sumus: quo digniorem, eò ab o-  
mni errore sciunctiores. Id verò in  
amore ceterarum rerum, quas nomi-  
ne millium cōprehendit Sponsa ve-  
ruim obtinere non poterat: cùm cæ-  
terae res sint infra præstantiā nostri  
animi constitutæ. Itaq; Spōsa nō ti-  
mēs se posse in re ista, aut errare, aut  
labi, aut hallucinari, inquit: [ Meus  
Spōsus electus est ex millibus, &c.]  
Neq; verò mysterio vacat, qd Spon-  
sum electū appellat ex millibus, iux-  
ta veterē æditionē. Anim⁹ enim hu-  
manus, quāuis in corporis barathrū,  
cēu lethē flumen immersus, sensi-  
bus quasi satellitibus, & tyranno ra-  
ptus, summi boni, proprięq; fœlici-  
tatis veluti oblitus, illius naturā in-  
vestigare haud contendat: sed adul-  
to corpore sensibusq; purgatis, vbi  
naturalis rationis incipit emicare  
fulgor, incipit illicè summū aliquod  
bonū sedulō querere, possessione  
cuius possit fieri beatus. Hæc verò  
appetitio & investigatio, amor est  
summi boni, licet in rē feratur non-  
dū exacte cognit⁹. Nondū enim præ-  
cessit electio, vnde proficiuntur ex a-  
ctū de rebus iudicij. Quæ sit autem  
animus prima illa investigatione rē  
aliquā inuenire, quæ sit summe per-  
fecta & absoluta, ac proinde maxi-  
me expetenda. Cum autē in rebus  
conditis nulla sit cui ad summā per-  
fectionem non desint permulta, nul-  
la quæ aut sibi, aut nobis sufficiat,  
nulla in qua versentur omnes appe-  
tendi rationes: ea cōsideratione exci-  
tatus animus, & erectus in sublime,  
concludit summi boni rationem in-  
ter res omnes conditas, quas Sponsa  
appellat millia, non posse inueniri.

Obeamque rē, ex his omnibus, quæ  
mente complectitur, illum unum ex  
millibus elegit, in quo summi boni  
rationes esse videntur. Quoniā igi-  
tur amor ille, quo, arcano quodam  
naturę mortales rapimur, in summi  
boni investigationem, electionem se-  
quitur & iudicium: bene Sponsa pre-  
senti carmine electum ex millibus  
appellat: quasi dicas, ex omnibus re-  
bus magno iudicio selectus. Possit  
& alius lensus huius loci ab Hebreis  
fontibus erui. Nam habent Hebreæ  
רַבָּבָה hoc est, vexillatus ex  
millib⁹, vel sub vexillis aut signis ha-  
bens exercitus decē millium. At ve-  
rò decein millia Hebraice רַבָּבָה  
Græce μυιον̄ Ingente numerum  
Hebreo more signat. Atque ita lo-  
cus ille Paulinus est intelligendus. <sup>1. Cor. 4.</sup>  
Decem millia pedagogorum si ha-  
beatis in Christo, &c. Pro multis &  
infinitis pedagogis dictum existi-  
mo, vel pro quālibet multis. Idē di-  
xerim de loco illo in Apoca. 7. fre- <sup>Apoc. 7.</sup>  
quentē repetito, Duodecim millia  
signati. Idem de victoria regij vatis  
Dauid, cui à prælio reuertenti, pu-  
blico gratulationis nomine, Hebreo  
rum fœminæ occinebant epinitiū,  
dicentes: Percussit Saul mille, & Da- <sup>Reg. 13.</sup>  
uid decem millia, siue multa millia,  
vt alij volunt. Ad exprimendam  
igitur potentiam & magnitudi-  
nem Sponsi, florentissimum illud  
imperium, inquit: vt dixi, iuxta a-  
liam æditionem, [ Dilectus meus  
vexillatus ex millibus: vel sub si-  
gnis habens exercitus decem mil-  
lium. ] Sie enim Scriptura sacra,  
hoc titulo nobis solet commendare  
Sponsum, Dominum exercituum  
illum appellans: vt per exercitus,  
cœlites illos intelligas beatissi-  
mos. Daniel. 7. Millia millium mi-  
nistrabant ei, & decies centena  
millium

Iere. 25; millium assistebant ei. Erat apud Ie-  
re. Dominus etiam exercituum ap-  
pellatur. Neque abs re scriptura sa-  
cra, ut imbecillitati humanae metis  
occurreret, Sponsum appellat Do-  
minum exercituum, id est, cui omnes  
angelorum exercitus imperio obte-  
perant, dictis obsequuntur: sub eu-  
ius signis, eo vexillis militent. Peri-  
culum enim erat, ne forsan vetus il-  
la Synagoga, maxime propter pra-  
stantiam angelice naturae, illa vene-  
raretur & coleret, nisi ducem & im-  
peratorem Sponsum habere declara-  
ret. Nihil enim est post naturam di-  
uinam quod cum exercitibus istis,  
& militibus Sponsi possit conferri.  
Sponsus enim, quamvis radium suę  
lucis, bonitatis, sapientiae & poten-  
tiae omnibus rebus clementer insun-  
dat, in quo uno sira est secunda illa  
vis omnium rerum inserta, qua pro-  
ducuntur & generantur in terris tam  
admirabiles rerum varietates: ange-  
lis autem & militibus istis, ut potest  
multo propinquioribus, omnia ista  
infudit & copiosius & locupletius.  
Quidquid enim Sponsus habet opti-  
mum atque praestans, tribus per or-  
dinem tota natura lucet speculis. In  
angelo, in homine, in mole totius  
vniuersi. In angelis & militibus istis  
tamquam propinquioribus clarissi-  
me lucet: in homine aliquantulum re-  
motiore, obscurius: in mundo vero  
corporeo obscurissime. Obeaque; re  
admirabilis illa militum Sponsi na-  
tura, nullo impedita corporis onere  
vbi splendor Sponsi, sapientia boni-  
tate ac potentia suis animis tamquam  
speculis quibusdam vident insculpta;  
audiuimus illi inherenter, aperiunturq;  
cognoscunt, quam ceteræ creaturæ ab  
Sponso conditæ, sed ab eodem sepa-  
rate. Animus enim hominis ea con-  
ditione genitus est, ut propter virgē-

tes corporis & carnis necessitates, ad  
multa alia officia, post Spolum de-  
clinet. Quod fit, ut cum milites isti di-  
uinam Sponsi emicantem lucem lar-  
gius bibant, illiusq; virtutes hauriant,  
& exprimant abundantius, nulla sit  
ries post Sponsum ipsum, quæ Spon-  
si perfectiones sequuntur exanimat, aut  
vultus referat paternos, atq; milites  
isti. Sponsus semper in æternitate est:  
angelus totus in æternitate versatur;  
omnis eius operatio atq; essentia sta-  
bilis est & fixa, status autem æter-  
nitatis est proprius. Animus autem  
humanus partim in æternitate ver-  
satur, partim vero in tempore. Nam  
perdurat eius substantia, absq; villa-  
crementi aut de clementi mutatio-  
ne, illius autem operatio per tempo-  
ris momenta discurrat. Quapropter  
cum sit talis angelica natura, tam pra-  
claris dotibus egregie ornata ab Spō-  
so, periculum erat, ne homines admi-  
rantes tantum in militibus istis prestari  
& excellentiam, diuinos illis im-  
penderent honores. Ergo Scriptura  
nostra se attéperans ruditati, supre-  
mū habere imperatorē milites illos  
reuelauit, cum Sponsum appellat  
Dñm exercitū, vexillatū, seu electū  
ex millibus. Legimus enim plerosq;  
aras & delubra illis edificasse, sacri-  
ficijs coluisse, ex lignis & lapidibus  
imagines consecrasse. Plato in Ti-  
meno angelos deos appellat. Et Ho-  
merus, iuxta quorundam sententiam,  
non uno tantum in loco. Spōla proin-  
de, veterem scripturarū morem se-  
quuta, milites Sponsi angelos ap-  
pellat, ne humanus animus in gra-  
uissimos & perniciosos prolabere-  
tur errores. Et cum de amore, & cha-  
ritate summa præsenti Epithalamio  
disputetur, poterat quispiam ambige-  
re, an milites isti, & lites beatissimi,  
lumina charitate à nobis debeant

O 3 com-

complecti, tanquam in illis inueniatur summi boni ratio: sed ne quis id existimet, subiectos illos seruientes, militantes inducit.

*Caput eius aurum optimum, Comme-  
nus eius, sicut elata palmarum, nigra  
quasi toruus.*

**E**s — nō Hebræis auri massa, id quod nostra translatio, aurum appellavit optimū. Scribitur autē in textu Hebræo per duas dictiones & — nō quasi dicas, aurum selectissimum, & preciosissimum. Hec verò genus auri obrizō, quasi ophiazōn dixere latini. Hinc (vt arbitror) dignitas militaris fæct: David ducitur, que — nō appellatur, quasi titulus siue dignitas deaurata: & Latini, equites quosdam auratos appellat.

*Psal. 13.  
55, 57, 58  
59.* Extat in scriptio ista quinq; psal mortum titulis: quamvis alij inscriptionem illam ita interpretentur,

*Ixo. 25.  
Insignis, vel notatus. Principio caput Sponsi aurum appellat Sponta, vel quod caput sit aureum, vel quod arca testamenti coronam haberet auream per ambitum, & anulos aureos vel coronulas aureas in quatuor angulis: & mensa ipsa propitiatorij, præter hoc quod auro mundissimo fuit obducta, coronam auream habuit per totum ambitū: & arca ipsa Testamenti auro mundissimo obducta erat. Sumptu igitur occasione dicendi Sponsa ab arca ipsa testamenti, & mensa propitiatorij, caput Sponsi aurum optimum appellat. Sic enim & arca & mensa simul auro selectissimo fuere obducta. Illud igitur quod aurum selectissimum mensæ & arcæ Testamenti referebat, hoc ipsum Sponsa voluit exprimere cum caput Sponsi aureum dicit. Nam quis credat Deum Opt. Max. tam sollicité, tamq; sedulò iu-*

fisse arcam & propitiatorium auro mundissimo obducerentur, si inauratio illa nihil contineret arcani? Primò ergo Sponsi caput aurum optimum appellatur, quod aurum inter cetera metalla, quæ terra diuinita gignit, præstatisimum fit, nullamque cum illo de pretio aut de paritate & præstantia possit certare. Ut igitur Spōsa intelligeret, quidquid experendum videretur, quidquid pretiosum, id omni intra Sponsi naturam comprehensum, caput Sponsi aurum appellat. Est nobis in sita naturæ areano veheminentior quædam cupiditas diuinitatum & opum, earum denique rerum, quæ tota naturæ ambitu habentur pretiosissimæ. Hæc cupiditas homines natiuigare docuit, & in ipsa penetrare terræ viscera, Sponsus proinde, ut Spōsam auocaret ab huiusmodi studio rerum perituarum, docebat iam olim præcis illis temporibus in arca testamenti purissimo auro obducta, & corona aurea, caput se habere aureum, omnium perfectiones ipsa diuinitate contineri eminentius multo, quam in rebus ipsis versentur. Si igitur inter ea que hemines expetimus, primum locum obtinet aurum, Sponsus autem adeo auro abundant, ut & caput aureum habeat, & olim arca testamenti, mensa propitiatoris, anuli per quatuor angulos arcæ affixi, & multa alia quæ in tabernaculo erant, auro iubebantur obducis postulat ipsa ratio, ut quemadmodum in viscera terræ itur eruendi causa auri, camus in viscera cœli, ut diuinitas illas quæ nostri animi recessus possunt implete asse quamur. Forsan & caput Sponsi aurum purissimum appellat, ut quemadmodum in homine, caput principatum obtinet totius corporis, ita etiam

etiam & quod primò de Deo ipso inspirante & reuelate agnoscimus, hoc ynum est, quod caput habeat aurum. Nam de Sponso lumine rationis ducti cognoscere possimus Deū esse: illud verò Sponso reuelate cognoscimus, quod omniū rerū sit cōditor, & quoniā ab ipso tanquā pri mo fonte fluxerē perfectiones. Nā quascunq; rerū perfectiones contēpleris, ab Sponso esse profectas quis ignoret? Res gratissimā oculis lux est, qua vna tot refū diuersitatis, rā rasq; varietates colorū agnoscimus (sic de singulis rebus existimandū est) quæ tamen Deo autore condita est & creata. Quemadmodū igitur inter cætera metalla aurū perfectiones omnes eminentissime cōplicitur: ita & ab ipsa recum creatione & molitione, quæ caput est reuelatorū à Deo, liceat deprehēdere, Sponsum omnium rerū perfec tiones, & quæcunq; à nobis defyde rari queunt, in se eminenter conti nere: quemadmodū aurū inter reliqua metalla & p̄cipuum est & pre ciosum. Nec dubitare possum, quin olim prisca illis temporibus, & Spon sus arcā Testamenti, & Sponsa p̄senti carmine Sponsi caput aureum appeleret, vt intelligeret mortalis ho mo, Sponsum munificū esse, liberalē, omniumq; rerum largitorē. Nā est aurū symbolū munificentia. Et principes & viri nobiles & illustres, tunc maxime suā ostentāt munificētiā, & liberalitatē, cū cæteris ho minibus magnā vim auri largiūtur; tūm præterea, cū vasa aurea mi ro artificio celata, aurea inq; suppel lectilē cæteris vilenda præbent. Igitur & prisca illis temporibus, & Spō sa p̄senti carmine Spōsum caput habere aureū affirmat: vt intelligas, quanta sit munificentia Sponsi, & li

beralitas. Nā divitias suās; hoc est; bonitatis, & gratiæ, quas à condito orbe contulit in Spōsam vnicā Pau Rom. 5 lus appellat diuitias gratiæ, & glo riæ, quæ ab ipsa Sponsi æternitate 1. Eph 6 fluxerē: cū Spōsam nullis suis me Rom. 8 ritis p̄destinavit, elegit, vocavit in spirata religione: tūm verò maxime munificentia suā declarauit, cūm ut Spōsam ad gratiā Euangelicā vo caret, iustificaret, magnificaret filiū vnicū missit in similitudinē carnis peccati. Fusiū Paulus multis in locis de munificentia ista & liberali tate. Quemadmodū autem aurū inter cætera metalla, non cōmendatur colore, cū argentum (vt Plinius inquit lib. 33) luci & diei simili⁹, milita ribusq; lignis familiarius sit: tū multa alia, quæ pretio & estimatione cū auro non possint certare, multò m̄gis comēdēntur propter colorē: ita etiā & res Sponsi, præsertim illius consilia, de quibus dicemus, nunquā ex externo colore debeant dijudica ri, ex eo potius: sed quod in ipsis int̄us latet pretiosissimum. Aurū nullis usibus deterritur, cūm argēto plū bo alijsq; metallis lineæ producan tur, & manus fordescat decidua ma teria. Spōsus proinde huius naturæ est, vt ingeniu & naturā referat au ri. Si hodie illū in tuos usus transfe ras, & cras, & perindic, integer semper tibi manet. Nusquā, si millies ti bi remittat peccata, si hodie erga te benevolentia ostendar, minus bene uolus: si benignitatē, min⁹ benign⁹: si iustitiē, minus iustus. Refert enim Sponsus naturā aurī: & ad æternitātē illius pertinet, quod caput habet aureū. Nā id genus metalli, nec rubigine villa, nec erugine, aut bonitatē consumit, aut pondus minuit. Sponsi autē æternitas, & immortalitas talis est, nullas sentit temporū iniurias,

O 4 non

nion afficitur aliqua temporis viciſſitudo, extra omnem mutationem est. Obeā enim rem in literis sacris, nūc ſenex ſingitur, nūc iuuenis. Se- nex, quia xternus, omniq; tēpore antiquior: iuuenis, quōd nullā per- fentat mutationē, nulla temporis tēdaciāte abſumatur; nō magis quā aurū rubigine aut erugine. Pōſtre- mō aurum inter cærēta metalla, & laxiūs dilatatur, & numerosius di- uiditur, imō quod amplius eſt, ne- tur, texitur lana modō, & ſine lana. Quę omnia mirifice exprimunt in- genium & naturam Sponsi, preſer- tim illius facilitatem & bonitatem. Nam quemadmodum aurum dilatatur facile, diuiditur, netur, texitur ita etiam & iuſtus quisq;, & pecca- tor, & ſceleraꝝ, frequenter, imō ſem per facilitatem iſtam experuntur. Dilatatur aurum hoc, cūm tam pa- tienter peccatores homines ad pœ- nitentiam expeſtat: Dilatatur cūm frequenter irritatus manum cohi- bet acuſtigatione. Texitur, netur, cū perditus quisque & profligatus, ſiſe mel regreſſam ad virtutem faciat, expositā ſemper inueniat bonitatē Sponsi, camq; facilitatem ſemper expeſtur, quam in auro conſipili- mus. Tum verò maxime Spōſus au- ri referebat natūram, cum noſtrām aſſumpſit carnem, instarq; auri, vt noſtre cōditionis multā portaret, labores ſubſtinuit, ſicim, famem, al- gorem, alapas, iſriſſiones, cæteraque id genus, quę longum eſt recenſe- re, ( Hizose para nuestros negocios cera y pauilo.) [Com̄ eiꝝ ſicut elā- ta palmarum.] Sic noſtra habet edi- tio. Hebræa autem habent οἰλινήν γῆτικήν. Et Græca, βόσποροι ἀντοῦ Ἑλα- τοῦ μελανεῖς κόπες, hoc eſt, comæ eius elata, nigrae quaſi coruus. Ego quātum ingenio conſequi poſsum,

existimō Hebreā ſonare poſſe, capil li cuius Tilia, nigri ut coruus. Eſt au- tem Tilia durissima materies & no- doſa, cortex crassior, detractus verò inflexibilis: mirum eſt in haec arbo- re, fructū à nullo animantium attin- gi: inter corticem verò & lignum te- nues habet tunicas, multiplici mem- brana, quę vincula tiliae vocantur, propter quas tunicas nimis implica- tas, præcipue crediderim capillos Sponsi Tiliæ assimilatos ab Sponſa. Quōd ergo capillos Sponsi assimila- tilar Tiliæ, & corui nigredini, ad ean- dem penē rem pertinet, ſi per capil los, vt par eſt cogitatus Sponsi, il- liusque conſilia intelligas: quę non magis ab humana mente eō prehen- di poſſint, imō multò minus, quā ex pediri queat huiꝝ arboris tunica in- numeris filis impedita & intricate. Et quōd nigri ſunt inſtar corui (quę admodum Physiognomiſi obſerua- runt) ſignificat, Sponſum cogitabū dū eſte & prudente. Habes ergo in vtroq; cogitatus Sponsi magna cū prudentia cōiunctos, ſed nigros, qua- fi dicas, obſcuros, & Tiliæ perſimi- les, hoc eſt, explicatu diſſiciles. Capil los iſtos philoſophorū quidā appel- larunt, vt Chryſippus πεπρωμέν & εμαργυλον. Rerū gubernationē & im- plicitā nimis, quā & fatalē etiam cōexionē dixere. Et quoniā diſſi- limū erat Sponsi capillos peſtere, & nimis impeditos expedire, alijs, que- cunque accidiffent inter mortales, minuta corpora referebāt, que qui- dē agente neceſſitate ſurſum deor- ſum impellerentur. Longū eſt re- cenſere quę de capillis iſtis nigris, impeditis, & implexis humanū inge- niū & excogitauit, & in publicū de- tulit. Quāto melius regius vates Da- uid de capillis iſtis iudicabat, hoc eſt de Sponsi deniſiſimiſ & implicatiſ conſi-

confilijs? Admirans enim diuinorū  
 iudiciorūcaulas inex cogitabiles, aie  
 bat, iustitia tua sicut mōtes Dei, iudi-  
 tia tua abysmus multa. Quēadmodū  
 enim (inquit) iustitia tua altissimos  
 oēs mōtes & ī sublimē erectos facile  
 excedit: ita etiā iudicia tua, siue cōsi-  
 lia, quē Spōla capillos appellat, O-  
 cean⁹ quidā mihi videntur sume diffi-  
 cultatis. Abyssum iītū profundiorē  
 trānare non potuit Porphyrius ille  
 Christian⁹ religionis accerrimus in-  
 sectator, cū capillos Spōli nigros, dē-  
 los, implicitos, dedecore afficiebat,  
 dices, stultū quidē fuisse, hominē in  
 paradiſo collocasse, quē sciebat, illi-  
 co ppter peccatūab amēnissimohor-  
 to detrudēdū. Nec Julian⁹ apostata  
 implexos capillos expedire potuit,  
 qui Sponsū etiā irridebat, quōd ar-  
 borē sciētie boni&mali medio para-  
 diso plātasset, quā sciebat fore pesti-  
 lētē & lethiferā primo parenti, &  
 vniuersē illi⁹ posteritati. Nō attēde-  
 bāt stulti homines, capillos Spōli si-  
 miles esse Tiliæ, nigros & inextrica-  
 biles, quos nullū humanū ingeniū,  
 incredibili etiā acumine præditūn  
 quā potuit expedire. Pau. Apost. ad  
 contēplationē capillorū Sponsi qua-  
 si animo suspensus, illorū nigredinē  
 & obscuritatem, tum & implexio-  
 nē admirans, nihil habuit quōd dice-  
 ret, nisi celebratissimū illud: O alti-  
 tudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ  
 Dei: quam incōprehensibilia sunt iu-  
 dicia tua, & inuestigabilis viæ tuæ!  
 Quis enim cognouit sēsum Dñi, aut  
 quis consiliarius eius fuit? Reputas  
 Exod. 5. em̄ secū diuinās ordinationes, quæ  
 6.7.8.9. 10.11.12. à cōdito orbe in scripturis sacris sūt  
 cōprehensiæ, quōd Pharaonem mul-  
 tis modis afflixit, in eumq; exēpla  
 iustiæ suæ voluit depromere, quē  
 tamen sciebat nihil flagellis & casti-  
 gatione profuturū: quid aliud potē

rat oppositiū intonare, quām, O al-  
 titudo diuitiarū sapientiæ, &c. Secū  
 dō, sine meritis dilexit Iacob, Esau Rom. 9.  
 odio prosequutus est, cū tamen nul-  
 la sit apud cū iniustitia. Quis po-  
 ret hēc consilia impeditissima expli-  
 care? Tertiō, quōd gentes quæ nō se  
 etabantur iustitiam, voluit iustitiā  
 apprehēderēt, reiecto populo Israē  
 litico, qui à primis parentibus verā Rom. 10.  
 iustitiam sectabantur. Quartō, quis  
 possit nigros istos capillos & dēlos  
 & implicatos pectere? Cur inquām  
 Sponsus quosdā suo permittit arbī-  
 trio, cum lūe sit facultatis illos ad  
 virtutis cultū pertrahere? Quare,  
 eterno suo cōsilio, nō illis efficacis-  
 sima parauit auxilia, quibus obedi-  
 rent, & nō contēnerent, neq; euāge-  
 liū audirent oscitanter? Cur auditō  
 Euāngelio Spōli, hic credit, alter ve-  
 rō contēnit? Quod ergo Pau. admī-  
 rabatur, quod percontādo quere-  
 bat, Quis nouit sensū Dñi, aut quis  
 consiliarius cī⁹ fuit, hoc est, quis po-  
 tut vnquā in consilia Sponsa pene-  
 trare: id etiā Sponsa celebrat isto  
 carmine dicens: [Comæ eius, sicut  
 elatæ palmarū, nigræ quasi coru⁹.]  
 Deterru it Sponsus hominū mentes  
 ob istarū rerū consideratione plerū  
 q; Sic Moisi contendenti eius con-  
 filia penetrare, & pectere capillos  
 istos, dictū est, Miserebor cui cui vo-  
 luero, & clemens ero in quēm mihi Exo. 33.  
 placuerit: vel vt Paul. refert, Misere-  
 bor eius miserecor, & misericordiā Rom. 9.  
 p̄stabo cui miserebor. Vnde Pau.  
 egregiū illud philosophie gen⁹ crue-  
 bat, Nō volētis neq; currētis, sed mi-  
 serētis est Dei. Et iterū, Cui vult mi-  
 seretur, & quē vult indurat. Et Me-  
 taphorā illā figuli, aliavasain hono-  
 rē, alia in cōtineliā fingēris, & ppe-  
 tuā ignominiā, humāna voluit reu-  
 care remeritatē à cōtēplatione isto  
Ibidē.  
 O s̄ rum

rum capillorū. Nūquid dicit figmē-  
tum ei, qui se finxit: Quid me fecisti  
sīc? An non habet potestatē figulus,  
luti, ex eadē massa, facere aliud qui-  
dē vas in honorē: aliud verò in con-  
tumeliā? Quæcunq; Sponsi cōfilia,  
quæ mentē nostrā trascendunt, ecce  
brantur ab orbe condito: ea inquā  
omnia, Sponsa præsentī carmine cō-

Ela. 45

minisci ur, dicens: [Comæ eius sicut  
elatæ palmarū. &c.]

Rom. 9

Sunt proinde  
Sponsi consilia à nobis simplici Fi-  
de adoranda: Nam tiliæ sunt simi-  
lima, hoc est, nodosa, durissima in-

Iere. 18

star arboris hui⁹, inflexibilia, vt hu-  
ius arboris cortex: non minus densa  
& implicita, quā hui⁹ arboris mēbra  
næ & tunicæ, de quib⁹ diximus iā.

Sapi. 15

Oculi eius sicut columbae super riulus  
aquařū, quæ latæ sunt lotæ, & resi-  
dent iuxta fluenta plenissima.

**L**egimus hui⁹ seculi sapientes, stul-  
tos præterea & flagitiolos honi-  
nes, Sponsi prouidentiā vel leuisci-  
mis rationibus & argumentis dānaſ-  
se, vel funditū sustulisse: ita vt arbi-  
trarentur, vel hoc tantū opus, resq;  
oēs humanas sine custode esse: rerū  
que omniū cursū fortunę esse impe-  
ratus: vel cū qui tātarū rerū gerit pro-  
videntiam, iniustum quidē esse, nec  
posse res nostras ita moderari, sine  
xeterna iniquitatis nota. Principiō  
itaq; iniquū illis videbatur, q; Deus  
quosdā prædestinaret, eligeret, eue-  
heret tandem ad summos honores: a-  
lios verò, nōdū malemeritos de ipso  
reijceret, & veluti fastidiret. Secun-  
dō, quomodò possit culpavacare, cū  
videamus bonos laborib⁹ sudare, in  
ter afflictiones & crucē versari per  
petuō: malos autē lasciuire, & volu-  
ptatibus affluere? Quæ igit̄ æquitas:  
bonos & optimos viros tristiori cōti-  
neri disciplina, malos autē omni bo-

norū genere & voluptatū frui? Ter-  
tiō, quo pactō possit Spōsus ipse in-  
numeris reb⁹ & prope infinitis, intē-  
dere, sine lassitudine aliqua, aut defa-  
tigatione? Aut quomodò nō illi fa-  
cessat negotiū res variæ, diuersa præ-  
sertim hominū studia, mores & con-  
suetudines? Postremō, nūquid intel-  
lectus Sponsi, cōditas extra se res a-  
gnoscēdo, nō vilescit: & rerū ipsarū  
simulacris & speciebus nullo pacto  
fēdatur, aut polluitur? Primū illud  
ceteraq; oīa à nobis proposita Sa-  
loīō prēlēti carmine diluit. Adver-  
tendū itaq; colubā (vt autor est M.  
Varro) inter ceteras volucres esse mū-  
diſsimā: adeò vt cōfūlat colubatia  
singulis mēsibus esse verrēda: aquā  
præterea purā, quæ influat, vnde &  
bibere, & lauare se possint. Et Colu-  
mela, tot⁹ (inquit) locus calcepoli-  
ri debet, albo tectorio, quoniā eo co-  
lore prēcipue delectatur hæ volu-  
cres. Iū de syncretitate colubæ mul-  
ta p̄didēre graues & eruditū auto-  
res. Illud verò nō min⁹ est annotādū  
colubas inter ceteras volucres ma-  
gnoperē delectari defluētiū aquarū  
cōspectu: obēaq; rē iuxta aquarū ple-  
nitudines, siue iuxta fluēta aquarū,  
& fluminū alueos interdū versant.  
Habes igit̄, volueré istā mūdiſsimā  
esse, syncretā, aquarū fluētis magnop-  
erē oblectari. Quid verò, si ad mū-  
diſtiē & cādorē huius aniculæ addas  
cādorē lactis? quām videbitur mun-  
da coloris albi coluba, quæ sit lacte  
lota, vt inquit Salomē: Id autē dici-  
tur per hyperbolē & exaggerationē.  
Spōsus igit̄, adeò in dispēsandis re-  
bus mortaliū iniustus nō est, vt syn-  
cretatē colubæ & simplicitatē vi-  
deatur referre: adeò nō defatigatur,  
rebus nostris prouidendo & consu-  
lendo, vt colubam imitetur, cū ad  
aquařum fluēta resider: quæ cūm  
placi-

M. varro

placidum cursum aquarum intuetur, non solū nō defatigatur, verūm etiā delectatur. Sed neq; vilesit intellectus Sponsi, neq; degenerat, neque res nostras aspiciendo polluitur: ita ut munditiem huius auiculae referat, & candorem eius columbam, quæ est lacte lota, quasi dicas, candidissima. Primū illud argumentum à nobis propositum, de iniustitia & iniquitate diuinæ prouidentiæ, qua-

**Rom.**, ab impijs reprehenditur, Paul, pertractat, ut superius dicebamus, proposita electione Jacob, tū & damnatione Esau. Cūm nōdū (inquit) nati fuissent, aut aliquid boni egisset, aut mali (ut secundū electionem propositum Dei maneret) nō ex operib⁹, sed ex vocante dictū est, **Quia maior seruier minori**, sicut scriptū est:

**Gen. 25.**, **Mala. 1.** Jacob dilexi, Esau autē odio habui. Quibus propositis dicit Paul. Nunquid iniquitas est apud Deum, siue iniustitia, qui Patriarcham Jacob, nunquā de se benemeritum elegit, Esau nullis suis demeritis reiecit, & veluti fastidiuit? Respōdet Paulus: absit. Neq; enim cū Spōsus res humanas dispensat, hos eligit, illos reicit: aut iniquitatis, aut malitiae est arguendus: columba est, colubinosque habet oculos, summa sinceritate & æquitate res humanas moderatur. Obreamq; rē inducit illicē sanctissimi Moysi testimonium, Miserebor cuius misereor: & misericordiam p̄stabo, cui miserebor. Hoc genus oraculi, meo iudicio, quæcunq; argumenta aduerlus prouidentiam Spōsi facile diluit, Nam & ista eiusdem verbi repetitio, miserebor cuius misereor, & misericordia p̄stabo cui miserebor: satis ostendit dissertatione ista de diuina prouidentia, Dei voluntatem, primū esse principium & veluti elementum huius materię, cu-

ius nulla sit depositulanda causa. Nulla enim est disciplina, quæ non propositiones aliquot, & veluti prima principia proponat credenda, quorum nulla sit postulanda ratio. Si à Dialectico postules, quæ sit causa huius, quod homo sit animal rationale: respondēbit sane, huius rei in Dialecticis non potest reddi ratio. Si verò à Metaphysico postules, cur homo sit homo: longo risu stultam questionem excipiet. Eādē ergo operā stultum sit querere, cur Deus miseretur cui miseretur. Nam perinde est ac si queras, cur homo est animal rationale. Sunt ergo vno, isto oraculo conuulsiæ omnes cause p̄destinationis: vt nec nativitatis tydera, vt Manichei: nec animarū merita extra corpora, vt Origenes in Periarchon: neq; opera p̄cedentia, vt blasphemauit Pelagius: neq; opera ipsa, quæ gratiam subsequuntur, neque alia ut quā sit postulanda causa, quā voluntas Sponsi, quæ iusta, & quæ, syncera est cū res mortaliū moderatur, quemadmodum auicula ista, cui Salomon, oculos Sponsi, quibus res nostras intuetur & moderatur, assimilat. Sunt enim res quædam, quas in nobis operatur Deus sine nobis, libera dūtata voluntate: veluti cū p̄destinationis, & electionis alicui impedit beneficiū. De quibus, quoniā gratitudo cōferuntur, nemo possit cū illo expostulare. Sunt aliae diuinæ motiones, instigationes, & impulsus, quos Deus in nobis ita operatur, vt séper nostrū requirat assensū: veluti opera Fidei, Spei, & Charitatis: & id genus alia. Quibus operationib⁹, cū præcipiens autor sit Deus, illi oīa sunt accepta referenda. Si igitur prima illa dona & beneficia gratuitō cōferuntur hominib⁹, quomodo, aut

iniustitiae, aut iniquitatis arguedus  
Et Sponsus? Nam hoc secundo benc-  
ficiorum genere, ut præmia singulo-  
rum meritis repetitæ, admirabilem  
seruat æquitatem, & iustitiam, ut ne  
modo iure queri possit. Neque vero  
q̄beam re oculos columbinos non ha-  
bet Sponsus, quod bonos interdum  
castigat & corripit, malos autem la-  
sciare patitur. Nam quod bonos & o-  
ptimos viros inter crutiat & la-  
boris perpetuo versari videamus, Ideo  
fit, quod Sponsus nobis indulget,  
non quemadmodum matres solent,  
sed quod admodum patres. Matres pro-  
prios liberos insinu fouet, semperque  
continere in umbra, & molli stratu-  
cipiunt, nunquam flere, nunquam con-  
tristari, nunquam laborare: iubent  
patres filios ad obesida studia inatu-  
re excitari, neque feriatis diebus o-  
ciosos esse patientur, & sudorem il-  
lis, & interdum lachrymas excu-  
tiunt. Paternum habet Sponsus er-  
ga bonos viros animam, & illos for-  
tius amat, exercet doloribus, æru-  
minis, atque pressuris, ut verum colli-  
gant robur animi. Languent enim  
per insertam signata corpora, nec  
labore tantum, sed & mole, & ipso  
sui onere deficiunt. Cupit & Spon-  
sus in terris habere spectaculum ali-  
quod, in quod possit vultum & ocu-  
los vertere columbinos. Quid vero  
pulchrius habuit in terris, si animū  
conuertere velit, quam ut spectet bo-  
nos viros inter cruces, labores, tor-  
menta, infantes, & erectos, quem  
admodum Paulum, Ioannem Ba-  
ptistam ceterosque alios? Neque il-  
lud dñare possit, aut iniquitatis &  
iniustitiae argere Sponsi prouiden-  
tiam, & profunda consilia, quod  
impios & perditos homines, fœlici-  
rerum euriu, omni voluptatum  
generi frui videmus. Nam licentiam-

illam fruendi omnibus oblectamen-  
tis, solent patres familias non libe-  
ris, sed vernaculis & mancipijs con-  
cedere, cum filios laboribus & exer-  
citatione virtutis indurent. Tum ni-  
si ad tempus, instar columbae ad fluen-  
ta aquarum sedentis, ad improborū  
seclera oculos conniveret, non habe-  
remus Petrum, nec Paulum, non  
Magdelenam Mariam. Debet enim  
cum Sponsis ægrotam animam af-  
fligere statuit, longius introspicat  
affectione que discernat: consideret pru-  
dentiter, num aliquando ad peniten-  
tiā flecti debeat, ut ad emendandæ  
seclera tempus tribuat. Frequenter  
enim agricola suæ artis peritus, quā  
videt regionem densis obsitam vir-  
gultis, plantisque sylvestribus incul-  
tam, cenoque opertā plurimo, ferti-  
litatis inditia esse cognoscit: terreque  
vbertatem hinc discernit: quæ tan-  
rei rusticæ imperitus contemneret,  
omniaque penitus eradicare & præ-  
cidi iuberet. Oculi Spōsi quibus hu-  
mana instructur, acutissime vident,  
vile ac generosum discernunt, etate  
tem horamque rationis & virtutis  
cooperativam, qua natura fructum  
debitum & opportunum ferat, beni-  
gnè præstolatur, & expectat. Illud  
autem argumentum, quo veteres  
quidam philosophi Spōsi prouiden-  
tiam funditus volvēre subla-  
tam, multis est minoris momenti.  
Non enim in animū poterant indu-  
cere, Spōsi prouidentiam rebus in-  
tendere innumeris, adeo, & infinitis,  
præscritim sine labore aliquo, aut  
defatigatione. Lucianus impius in-  
ter ceteros, hoc argumento tan-  
quam vixus & prostratus ridet Spō-  
si prouidentiam. At vero Sponsus  
gubernandis rebus nostris & ducen-  
dis non magis defatigatur, quam co-  
lumba, aut columbinus oculus, cū  
ad

ad plenitudines aquarum aut fluenta sedet, quæ cum leni cursu diffluentes intueatur aquas. Magnopere oblectatur & gaudet Sponsus, cū res nostras considerat, non possit ullo pacto defatigari: neq; enim illas intuetur, per species & simulacra ab alio infusas, vel ingenitas, vel à reb<sup>o</sup> ipsis acceptas. Obeam enim tem, mens humana & ratio varijs rebus, atque diuersis contemplandis minùs est idonea, quod mendicatio viuat, nec sine aliârum rerum species & simulacris intelligat: quæ nisi proprio labore extenuet, & depuret, nunquam rerū naturas intellegit: ut opus est. Mens itaq; humana, nō ita res intelligit quasi ad fluenta sedeat aquarū, nam species & simulacra sunt veluti lacunculae quæ cam, non sunt tanquā aquæ perpetua vena. Deus autē res omnes, ipsa diuinitate, suaque essentia compicit: cuius æternitatem infinitatem, summamq; sapientiam refert perennis cursus aquarum, quibus columba venientem intuetur acipitrem. Ex his quæ diximus facile colligit lector nō stupidus, Sponsum, aut Spō si oculos non fēdari, nec vilescere, quamvis res omnes nostras exiguae etiam & minimas intueatur. Cū enim non eas videat, per simulacra, species à rebus ipsis defluentes, sed propria ipsis natura & essentia, qua vna rerum omnium rationes perfetissimè continetur, non est quod vilescat, aut inficiatur istarum rerum consideratione: sed cum potius seruat candorem & puritatem, quā inuidissima columba lacte lota, quæ supra candorem sibi ingenitum, ab edinem etiam lactis excipiat. Intellige ex his quæ diximus, puritatem Sponsi maiorem esse, quam vt eam possit excogitare human<sup>o</sup> animus:

nec quidpiam est tota natura, quod puritatem illam pro dignitate & magnitudine rei possit exprimere. Ad hāc rem pertinet, quod Salomō inquit de columba lacte lota. [Oculi tui sicut columbae super riuos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, &c.]

*Genæ illius sicut areole aromatum consitæ à pigmentarij.*

תְּבִירָה Linea plantationum est: repetiturq; in hac significatione Ezech. 8. pluraliter Ezechiel תְּבִירָה, pro areola: pro quibus Hieronymus consitas turres siue pixides quales sunt in tabernis vnguentarij, vel vbi species aromaticæ crescunt. Est autem areola ab area deductum, solidum terrenum planitiesque glabra. Idest locus perpurgatus, coequatus sub Cylido consolidatus, ubi frumenta arescant, & teruntur. Aliquando verò apud probos autores significat, terram probę subactam, siue satam, siue serendam: qualis est in hortis: in quibus quadrata quadam, optimèque comensurata spatia magna sedulitate coequata, in quæ mox iacentur semina. Columela lib. 6. ctebrò putrem terram, duos alte digitos insternemus & modicè rigabimus, stramentisque areas cooperiemus. Igitur genas Sponsi assimilat Areolis aromatum à pigmentarij consitis. Primo significat prominentes non esse. Areola enim prima illa significatione, & glabra est & purgata, plana & ad mensuram æqualitatis: ut intelligas, Sponsi genas nō esse prominentes;

tes non hirsutas : quæ omnia solent fasciem suuenis deturpare, & sedare : glabræ sunt (inquit Sponsa) in modum areolæ, vbi aromata arescant, & terūt : quæ neq; est herbosa, neq; tuberculos habet. Quod si [areola] nō locū vbi aromata terūt, sed terram significat subactam, qualis est in hortis, quadrata scilicet & coę quata spatiā, in quæ semina iacantur, quod videtur significare Hieronymus: intelligat lector Christianus quid vellit significare, ex his quæ diximus. Non igitur satis erat Sponsum humanas res cognoscere, disponere, gubernare, nisi singulis, iuxta opera quæ quisq; facit bona vel mala, præmium, vel penā statutis repedit temporibus. Sunt autem hominis opera, non vi, neque temerario impetu facta, sed libera voluntate, consilio & electione. Obreamq; rei postulat ipsa ratio, vt ea ipsa opera præmia atq; supplitia sequantur. Huius rei testimoniu& apertū argumentū, maturo latis consilio & prudenti Aristo, publicas & priuatas leges adducit: quæ supplitiū summū ab hominib; perditis, & flagitiosis qui neq; vi, neq; imprudētia, aliquo scelere se contaminarunt : honores verò decernunt eis, qui præclarum aliquid & dignū laudi opus gessere. Nullus enim ad ea gerenda vel fugienda horratur, quæ neque sunt in nostra potestate, neq; nostri libertatis videtur esse. Cū ergo in nostra potestate sit situim, aut bene, aut male operari, prosequi vel quod turpe vel quod honestū est, postulat ipsa ratio, humana opera iudicē habeat, & agonothetam. Hæc etiam nostrorum operū ratio, si cum aliarum rerum operationibus conferatur, summa dignitas est : quod ex deliboratione cōsilioque profiscantur. Ita

enim fit, vt locū minis opera appellentur : cedunt enim in possessionem ipsius: id quod in cæteris rebus, quæ solo impetu feruntur, verū esse nequeat: aguntur enim & impelluntur, non agunt. Si igitur opera humana libera sunt (vt diximus) &, quia ex deliberatione nascuntur, laude, aut vituperio sint digna, erit necessariū vt in iudicium aliquādo & examen descendant. Quo circa oportet, habeant homines supremum aliquem principem, cuius sit summa potētia, sapientia, iustitia; qui possit nostra opera aut punire, si recta ratione nō fuerint profecta, aut amplissimi donis & beneficijs comulare, si ad præscripta diuinæ legis fuerint exacta. Constat, totum orbem hominis causa conditum esse: neque hoc tantum opus, tam admirabile, tam eximium ab ipso conditore Deo in ullos alios fines fuisse conditū, aut creatū. Omnia enim hominis causa condita fuisse, illi etiam sunt assequuti, qui solo ducebantur rationis lumine. At vero, si humanis operibus nullum unquam foret propositum suppliū aut præmium, inanis ergo fuisse & prorsum inutilis hominis creatio, ac proinde totius orbis molitio, & opus hoc admirabile & stupendum frustrancum fuisse. Videamus oculis res visibiles propositas ab ipso autore Deo : auribus vero, quæ sonum edere possunt: tactui, quæ possunt contingi, quæ sunt aspera, mollia, &c. Rationi autem, & intellectui, quæ sunt inuisibilia, intelligi tamen possunt, & mente comprehendi. Multò ergo magis, si res expédatur vt oportet, rebus suapte natura aut pœna aut præmio dignis, à superiori aliquo iudice proposita sint oportet præmia & supplicia. Deinde cùm quispiā nostrum faci-

facinus aliquid ratione dissentaneum admittit, nemo ambigat, quin penæ & culpe obnoxius sit: obnoxius autem non erit, si non sit superior aliquis iudex, qui admirabili cœquitate factis hominum iuxta merita rependat, aut præmium, aut supplitium. Ea quæ diximus, præstantissimos quoque philosophos ad credendum impulerunt penas & præmia humanis operibus post præsentem vitam proposita. Hoc Plato in Phedone constanter affirmat: & 10 de rep. lib. Id etiam Tartarus, & flumina illa à philosophis & poëtis celebrata, Cocytus, Periphlegeton, Palus, Stygia, Rhadamanthus: prætereat inferorum iudex incorruptus, insulæque fortunatorum: hoc Ezechiel propheta, ut fabulas gétilitatis plus quam aniles pratermittamus, cùm librum vedit intus & foris scriptum, in quo esset conscriptum, lamentatio, & carmen, & vx: lamentatio penam illam præferebat, quā quoque nostrum suis sceleribus inflxit neque enim sine lamentis & dolore aliquo in hac vita peccata remittuntur. Carmen autem bonorum operum præmia significat. Carmen enim illorum proprium est, qui ob partam victoriam, reportatosque ab hostibus triumphos, iure debent nouo carmine celebrari. Vx autem supremum luctum, postremq; damnatorum hominum perditionem. De qua Christus. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Itaq; si opera humana laudes & ignomonia, pena præmioque sunt afficienda, idque postulat ipsa natura rerum, fuerit iam necessarium, iudex ipse, non solum nostra opera, & cogitatus contempletur, & videat, verū etiam tanta sit animi restringendine, ut nusquam ab cœquitate,

Luc. 13. De qua Christus. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Itaq; si opera humana laudes & ignomonia, pena præmioque sunt afficienda, idque postulat ipsa natura rerum, fuerit iam necessarium, iudex ipse, non solum nostra opera, & cogitatus contempletur, & videat, verū etiam tanta sit animi restringendine, ut nusquam ab cœquitate,

Math. 8. 13. De qua Christus. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Itaq; si opera humana laudes & ignomonia, pena præmioque sunt afficienda, idque postulat ipsa natura rerum, fuerit iam necessarium, iudex ipse, non solum nostra opera, & cogitatus contempletur, & videat, verū etiam tanta sit animi restringendine, ut nusquam ab cœquitate,

nusquam à iusto & iure declinet. Sponsa proinde postquam insuperioribus satis ostèdit Spōsum esse inspectorem nostrum operum, præsenti carmine cum esse equissimum iudicem declarat. Principio, cùm genas nominat, affectus illos intelligito, quos nomine severitatis & indignationis, rùm mansuetudinis & benignitatis exprimitus. Huiusmodi enim affectus in genis potissimum solent clucere. Nam cum quis piam nostrum aut concutitur ira, aut afficitur gaudio, cùm rebus aduersis contrahitur animus, aut dilatatur prosperis, totus animus in vultu ipso ostenditur. Habet proinde in geni spōsi duos illos affectus, qui vel ad puniendum, vel ad præmiandum sunt necessarij. Genas autem similis fecit areolis, propter loci æquabilitatem, ut diximus. Sponsas igitur ipsa distributione præmiorum tanta cœquitate vtetur, ut de nullo supplitium summat, neque præmia rependar, nisi cuiusq; conscientia ad tantum opus in testem adducta. Cùm verò iuxta quorundam sententiam Areolam legimus, veniat nobis in mentē, quanto cùm delectu qui aromata perpurgant, vera & synceriora quæque ab ipsis segregant purgamentis, ut in loculis optima quæque reponantur. Sponsor igitur tāta discretione prædictus est, ut nihil moretur externam sanctimoniam: cognitos habet nostrarū animarum recessus, latere non possumus: si purgamenta sumus rejiciemur ab equissimo iudice, neq; patietur, inter grauissima odorata seruari. Ioannes ille Christi præcursor, cū iam Christi doctrina albescere inciperet (quæadmodū cclū soler) nobile illud ac præclarū edidit præconiū de Christo: cui? (inquit) vētila brum

**Math. 3.** brum in manu eius, & purgabit aream suam & congregabit triticum in horrea, paleas autem, &c. **Audis Ioannis Baptizantem**, idem de Christo occidente presenti carmine, nomine vero tilabri, quod Spensi appellatione Areole Aromatariae? Nam ventilabrum in manu Christi, exactissimum est de rebus iudicium, summa aequitas, & rectitudo, ut cuiusque factis digna rependat. Nam ventilabro paleae a graminis secernuntur. Purgabit itaque aream suam & ut triticum segregabit a paleis: ita etiam & aromata in loculos congeret, rejectamenta ipsa in ignem coijsiet. Oportet ergo, ut vel per bona opera odramenta simus in optimos vires deposita: aut per nefaria & impia, vitamque perditam ignibus deputemur sempiternis.

*Labia eius lilia distillantia myrram primam.*

**A**d eandem rem (ut mihi videtur) pertinet hic versiculus. Nam post exactum de rebus iudicium Sponsi, post summam animi aequitatem & rectitudinem, quoniam iudicis decretum & sententia ipsa extensis debeat verbis declarari, ostendit summam iudicis aequitatem ab ipsis verbis, & sententia in sceleratos, impios, iustos, & optimos viros ferenda. Primo, verbum Sponsi nobis reuelat, non solum illius gratiam, verum etiam & iram, & indignationem. **Rom. 4.** Nam quod Paulus inquit, Reuelatur ira Dei de celo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum: de celo dixit, iuxta proprietatem Hebreorum linguam, quasi dicas: maxime reuelatur: Is enim est propheta rum mos. Reuelatur autem ira Spensi, ipso diuino verbo (ut diximus)

tum vero maxime, illius gratia, benevolentia, & mansuetudo. Sic Paulus Apostolus Euangeliū appellat virtutem Dei in salutem omni credenti. Et ad Ephes. verbum Spensi appellat **Ephes. 3.** verbū veritatis & Euangeliū salutis. Nomine autem labiorum, & verba & eloqua significari, superius est a nobis annotatum. Duo itaque habes in labijs Spensi: alterum est, candor lilij, odorque gratissimus: alterum autem, myrrae amaritudinem & acerbitatem. Sentient improbi amaritudinem myrrae: iusti, & lili, candorem, & odorem gratissimum. Audiet impij, Ite maledicti in ignem aeternum, &c. Verba amaritudinis & acerbitatis plena: audient boni & optimi viri, Venite benedicti patris mei, &c. Hæc duo, ab orbe condito, Spensi labijs semper licuit conspicere, quemadmodum sacris est literis consignatum, eadorem lilij, &c. amaritudinem myrrae. Hæc duo **Gen. 3.** persensit primus ille homo, cum Spensi benignitatem, nullis suis meritis, & iram propter peccatum expertus est. Hæc duo Cayn, qui ante fratricidium blande & amice a Deo tractabatur, ab ipso vero scelere myrrae degustauit amaritudinem. Sic de beato nigritate cum hominibus ante diluvium cum viris Sodomitis, de subuersione: cum Saule, cum Iuda, de misericordia, iustitia & severitate dicendum est. **Manus eius tornatiles aureæ plene hyacintis.**

¶ יְהִי Hebreis sunt spheras, ut sit sensus. Manus eius sphericus. **Psal. 77.** coeli vocantur Galgalim, ubi nostra habet auditio, vox tonitruis tui in rota: quidam vertunt, in sphera: hoc est in celo. Dicuntur autem Galgalim, ab eo quod iugiter in circulos

los torqueantur. Vnde & Kabalæi, qui more Pythagoræorum, disputant de perenni animarum reuolutione, quā Pythagorici πάλιν γενεσίαν appellant, Kabalæi קָבָלָה dicunt. Longū est Kabalæorum sententias de re ista p[ro]p[ter]equi: fuerit satis subindicasse eos, Pythagoræum more, per diuersa corpora, animarum reuolutionem statueret, vt ostendit inter ceteros, Rabbi David, Theshites. Celebrat proinde Sponia præsenti carmine Spōsi manus, quod sint rotundæ, aut sphæricæ. Quod de tabulis testamenti, vt quidē putarunt, cùm inter Hebreos tum inter Orthodoxos, non satis video quo pacto possit accommodari. Quod verò hyacinthoru[m] meminit, ad anulos quidam referendum putant: vt Sponsi manus essent hyacintis, pretiosissimis gemmis distinctæ. Pro וְשָׁנָה nostra æditio aliquādo Fzec.28 vertit Chrysolitum, Ezechiel. 28, & mare nonnūquām sic appellant He Ela.25 bræi à colore, Elai.25. Vllulate naues maris. Ergo quantum attinet ad literā, Sponia celebrat manus Spōsi. Primo, quod sint sphæricæ, siue tornatiles, hoc est, bene plenæ & succulentæ, neq[ue] carnibus renudatæ, quod manuum pulchritudini obest mirum in modum: tum, quod sint multis veluti hyacinthis inclusæ, quæ duo magnum continere mystrium nō dubito. Voluit enim Spōsa (vt arbitror) demōstrare, Spōsi opera perfectissima quidem esse & absoluta, & intra hyacinthos, quasi dictas, intra maris aquas inclusas. Et vt ad priorem partem accedamus, video ab hominibus & ingenio & eruditione præstantibus Deum cœlum appellari, & figuram istam sphæricam Deo maxime tribuendam: id verò quomodo intelligendum sit, non satis ab omnibus ex-

plicatur. Cœlum quidem possit appellari Deus, quod intra se cōpletatur omnia: quemadmodū supremi cœlorum fornices. Atque adhuc modum dicet quispiam, Spōsum habere manus sphæricas, nihil aliud esse, quam quæ ipse omnium rerū autor molitus est sphærica ratione cōtinere. Kabalæi assertebant humanum animum non esse in corpore velut in loco, vt vulgus existimat: quin potius corpus ipsum in anima locari, animam vero ipsam in Deo, tanquam in omnium rerum loco supremo & excellentissimo: obeamque rem nomē loci illi tribuunt, dicentes, Sponsum esse dīpō id quod in Ismaélitarum Theologia obseruatū est. A Kabalæis præterea appellatur, Omne, quæ omnia circuat, & ambiat, & in se cōtineat. Quod igitur externa philosophia Deo tribuebat, vt sphæricus appellaretur, id Spōsa manibus tribuit, dicens, [Manus illius tornatiles aureæ.] Inuenio & apud præstantis omni genere doctrinæ viros Sponsum appellari centrū. Nā cùm sit cētrū punctū indivisibile vnde lineæ multæ indivisibiles ducantur ad eis cūferentiā, quæ omnes circa centrū, quasi circa cardinē voluantur: ita Sponius unus est, simplex, & immobilis: quæcunq[ue] verò cōdita sunt ab ipso, composita, mobilia sunt, atq[ue] ab eo dimanauerunt, ita & linearū instar, & circumferentiæ in eundem refluunt. Quocirca, non solùm res omnes, quæ ratione ducentur, sed & illæ, quæ solo appetitu, magno impetu in Sponsum festruntur. Sed vt hæc omnia vera sint, aliud tamen (vt arbitror) longè diuersum Sponia significare voluit. Illud est à nobis superiū obseruatū, manus, operationes ipsas significare. Et vt alia prætermittamus te

P. Almonia,

Rimonia, quæ multa & aperita ad tē  
firmandam lēnt à nobis addūctā: re-  
gus Vates inquit proposita quelliō  
ne illa pietatis & consolationis ple-  
na, Domine quis habitabit in taber-  
naculo tuo, aut quis requiesceret in  
monte sancto tuo? Et quasi respon-  
deat Deus Opt. Max. subiecit Vates,  
Innocens manibus & mundo corde:  
vt omnes complecteretur pietatis  
partes, quæ nebris diuinis eloquijis  
declarantur. Altera est certa & soli-  
da pietas animi, quam cordis mun-  
ditiam appellat ille: altera verè, pie-  
tatis opera, quibus interna pietas,  
Fides, Spes, Charitasque declaran-  
tur. Et quamvis interior animi pie-  
tas, & interior cultus naturā prece-  
dat, priori tamen loco externæ ope-  
rationis meminit. Quæ quamvis ab  
interna pietate proficiuntur, prius  
tamen ab homine agnoscitur. Man⁹  
proinde, aperto isto testimonio ope-  
ra ipsa significabūt: ita vt man⁹ Spō  
si sint quaecūq; ab orbe condito ædi-  
dit opera. Vnde & illud, Leuauimus  
manus meas ad mādata tua, quæ dilexi,  
Hispane dicimus, (Pondre las ma-  
nos enello,) magna cum proprie-  
tate. Nam cum tanta sit artium &  
disciplinarum varietas, huius membra  
obsequio eas condiscimus, & exerce-  
cemos. Nam fingendi, pingendi que  
nobile artificium, solis manibus ab-  
solutur: organorum contrectatio,  
& instrumentorum musicorum, ur-  
bium & ædium structura, agrorum  
cultus (qui tanta ad vitam necessa-  
ria commoda suppeditat) indumen-  
torum varietas, manibus cōficiuntur  
omnia. Sapientē itaque mihi di-  
xisse videtur, qui manus, sapientiæ &  
rationis ministras appellantur. Ana-  
tagoras ille antiquior, quemadmo-  
dum est ab Aristotele proditum, &  
in moralibus à Plutarcho repetitū,

Pal. 14

Psa. 108

sapiētissimum videri hominem di-  
xit, quæd manibus foret instructus.  
Itaq; cum artes omnes, manuarios,  
omnesq; ad vitā necessarios usus ma-  
nibus absoluamus, ierē Spōsa man⁹  
Spōsi laudibus est prosequuta. Mihi  
proinde videtur Sponsam præsenti  
carmine illud celeb̄are, quod Moses  
Gen. 2. Absoluta enim totius vniuer-  
si fabrica & structura, dixit: Vedit  
Deus cuncta quæ fecerat & erat val-  
de bona. Tū de operibus tertii diei  
inquit, Et vedit Deus quæd esset bo-  
num: sic de aliorum dierum operi-  
bus. Bona autem sunt opera diuina,  
quia perfecta & absoluta: ita vt nulli  
quidpiam desit ad summam in suo  
genere perfectionem. Sponsa sciens  
in sacris literis reuelatum, Sponsi o-  
pera, perfectissima esse & absoluta,  
inquit: [Manus eius tornatiles, siue  
sphēricæ:] hoc est, opera illius val-  
de bona, vt Moses loco iam citato.  
Nec sine magno consilio, & Sponsa  
præsenti carmine, & Moses, his lau-  
dibus diuina opera prosequuntur:  
vt nemo sit tam insanus, qui creatu-  
ras à Deo cōditas, audeat dedecore  
aliquo afficere. Nam fuerunt qui-  
dam, qui inter res conditas, plerasq;  
damnarent: has quasi inutiles, illas  
quasi pestilentes, & pernitiosas: quæ  
admodum tenebras, quæ luci aduer-  
santur, & noctem quæ diei contra-  
ria est: ex his quæ ex terra nascun-  
tur, herbas inutiles & pernitiosas: in-  
ter animantia, ea quæ sunt truculē-  
ta & venenosa. Quoniā igitur mul-  
ta in unoquoque genere creatura-  
rum videri poterant & inutilia &  
nocua, ne quispiam propter res  
ipsas conditas damnaret creatorē,  
vt horum voces compesceret, & Mo-  
ses, & Sponsa, manus Sponsi lauda-  
uerunt. Sed & manus Sponsi torna-  
tiles esse, si rem expendas (vt opor-  
tet)

Nota:

ter, dubitare non possit. Nam quæcunque ab Sponso condita sunt, non solum sphæricam imitantur rationem, propter absolutas in omni genere sibi inditas perfectiones: sed quod res ab eo conditæ proprijs motibus circularem & sphæricam imitantur rationem. Nulla earum rerū, quæ ab Spōlo cōditæ sunt, tātopere torpescit, ut non magno impetu feratur, circulari quodam motu, in ipsum autorem, vnde omnes fluxere. Quemadmodum enim circulus figura est, quæ ab uno puncto indivisiili progreditur, in idemque regreditur punctum: vix intelligere queas, qua alia appellatione manus Sponsi dignæ sint, quam sphærica, aut circulari. Duplex enim est rerū perfectio: altera si à causis perfectissimis profiscatur, altera si in easdē causas feratur magno impetu, & illis proviribus vniatur. Est enim hoc perfectissima sphæra, siue circulus, vt res in eandem regrediantur causam vndē principium & originem accepere. Nam quæcunq; res à Deo condita, degenerat quodammodo à sua causa, quia totam causæ perfectionem percipere non potest. Obcamque rē ingenti cupiditate à natura insita, excitantur omnia, vt ad eundem Sponsum regrediantur: vt summam assequantur perfectionē. Atque ita non solum angelus, nō solum homo, verū & cæteræ res omnes in suum conditorem irrequieto cursu feruntur, vt motum sphæricum & circularem absoluant. Causas itaque habes, propter quas Sponsi manus tornatiles, & sphæricæ appellantur. Manus appellat aureas, plenasque hyacinthis. Aureas appellat, vel propter pluriuinam Sponsi liberalitatē, vt in superioribus de capite Sponsi diximus: vel

(quod ego magis putarim) aureas appellat, q; multis essent analis aureis distinctæ, quibus essent inclusi hyacinthi. Quamuis enim omnia opera Sponsi absoluta sint & perfecta, ita vt rationem circuli & sphæræ imitantur: vnu tamen opus est, quod omnes gentes, quātumuis barbaras & efferatas attonitas tenuit, atque suspensas: Cœlorum scilicet machina: magnum & apertum testi monium diuinæ potentiae, atque sapientiae. Vbiq; enim vox ista cœlestis reboat, omnibusque claret in locis incorruptus ordo, & acies pulcherrima syderum. Est autem illud intentis animis considerandū, quid habeat verba Sponsi communē cū ipsa cœlorum machina, cū Sponsi manus aureas appellat, distinctasq; hyacinthis. Aureas quidem, propter annulos ipsos, qui cū circularis sint figure, cū ipsis cœlorum circulis, figura saltem, nagnam videntur habere similitudinem: hyacinthis autē sūt distinctæ, quoniā lapides isti pretiosissimi anulis sūt inclusi. Hyacinthus autē nomine, nō solū micatia sydera, sed & cœlorū materias voluisse significare, crediderim. Habet enim textus Hebræus pro hyancinthis, Tharsis. Sic enim mare nonnunquam appellamus. Vllulate naues Ezai. 23:4 maris, siue Tharsis. Sic autem mare appellatur à colore. Admirabiliteraque artificio Sponsa, vt cœlorum materiam significaret, Tharsis dixit, pro lapide pretioso, siue Chrysolito, siue hyacinto, vt ipsa nominis significatione reuocaret in mente, cœlorum fabricam admirabilem: quorum materiam ex aquis cōstipatam, & affirmant sacræ literæ, & sacri doctores testantur. Quærentes enim huius vocis ethymologiam, Firmamētum scilicet, inquiunt, cœ-

lum firmamentum appellari, propter duritatem & solitudinem. Obcam rem Homerus, vetustissimus poeta celum appellat χάλκεον οὐρανόν, &

Theod. Χαλκοβαθτή δόμηστα. Vnde diuus Theodorus cœlum ex aquis conflatum voluit. Inquit enim, Cœlum fluxa aquarum naturā constitit: & quæ prius liquabilis esset, solidissima est effecta, atque ea de causa firmamentum appellatur. Diuus etiā

Gennadij. Firmamentum appellatur celum, ex ipsius rei opifcio: nā cūm prius lenta, fluxa, solubilisque esset natura, solidam & minime mobilem constipationem accepit. Idē

Basil. & diuus Basilius, Plato quoq; in legibus, astrologiam dicit versari circa σέπενθόραν, idest motum solidum, per solidum cœlum intelligens. Attende proinde quanta cūm proprietate Sponsa hyacinthorum meminirat, siue potius Tharsis, vt celorum naturam & materias significaret, vt ab ipso admirabili opifcio, Spōsi sapientiam & potentiam admiremur. Nec dubito quin hyacinthorum nomine peculiari ratione significare voluit sydera ipsa quæ luce & calore omnia collustrant & vivificant, ne perpetuo gelu torpescant. Micat enim stellæ in cœlo quemadmodum gemæ solent in anulis. Itaque circulorum nomine, cœlos ipsos: hyacintorum autem, sydera ipsa innumerabilia, quoniam semper micant aut radicantur, sic appellauit.

Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

**H**EBRAE videtur habere, viscera illius, vt alabastrum eburneum Sapphiris contestum. Est enim ηγδ viscera siue præcordia: iu autem candidum & mundum & purgatum significat, vt candorem eboris intel-

ligas. Est autem genus quodam eboris fossile, vt Theophrast⁹ & Plini⁹ Theophrast⁹ grauiissimi autores affirmant: inuenitur cädido colore & nigro: cōperataq; aliquando ossa ex terra genita & lapides osseos, inquit Plini⁹ lib. 8. Præsentι autem loco, eboris appellatione, selectissimu significasse Spōsam crediderim: vt est illud, quod elephantorum dentibus sit. Hoc vero gen⁹ eboris fuisse semper magna estimatione, vel illud argumento es se possit, quod ab autoribus tanquam magnus luxus notatur, quod elephātorum dentes se parentur, vt ligna ebore incrustarentur. Fuit autē hēc materia laudatissima, quod esset apta decorum simulacris. Inter ceteros principes & reges Salomon, eboris materia vsq; ad admirationem abundauit: adeo ut thronum fecerit <sup>1. Parz,</sup> eburneum. Vide de eburnea domo. Eze 27 ab Ezechiele propheta, & ab Amos <sup>Amos. 3. 11. 6.</sup> eboris luxuries acerrimè taxatur. At verō Saphiros tanta olim fuisse estimatione legit⁹, vt magno Deo haberetur cōsiderati. Et celi colorē inter ceteros lapillos & gemas maximē refert. Hēc anobis eo dicta sunt, vt lector Christian⁹ intelligat, quid Sponsa præsentī carmine eboris & Saphiri nomine voluerit nobis indicare. Nā vēter Spōsi siue illius viscera, quecumq; abscondita in illo sunt, sanctisq; reposita veluti præmiū significat: quæ quoniā pretiosissima sunt, vēter eburneus appellatur, propter eboris dignitatē & estimationē. Et quod magis abscondita videatur sanctorum felicitas, quæ illos expectat, venter Sponsi, siue illius viscera Sapphiris dicuntur conlecta. Sunt enim bona nobis reposita, non in terris, sed potius in cœlo: quoniam hi lapides, Saphiri scilicet, cœlorum referunt naturam, & imitantur

co-

colorem: tum & sydera ipsa imitatur. In lapide isto aurea quædā puncta pelludent, quæ colluentia sydera iure possis appellare. Sancto rū ergò fœlicitas, intra viscera Spōsi latet: & quoniam fœlicitas ista nō est terrena, sed cælestis, Saphiris est coniecta: hoc est, pulcherrimis illis sphēris. Huc pertinent verba illa regij vatis Dauid, de thesauris, de opibus, & diuitijs sanctis in cælo re politis. Quām magna (inquit) multi  
*Psal. 30.* tudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timéribus te! Hæ opes atq; diuitiæ adeò sunt absconditæ ab oculis omnium mortaliū, vt lateant intra viscera eburnea: vt intelligas esse pretiosissima, coniecta quæ Saphiris. Continet hoc carmen totā Christianæ vitæ rationem, finem, & scopum. Nam quanuis tota nostra spes & desyderium, necessarium est fera tur circa res illas, quæ videtur, aut circa eas maximè quæ humanis oculis non sunt expositæ: sed finis diuinioris vitæ non est in oculis mortaliū constitutus. *Paul.* inquit, Non expectantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur potius. Quoniam igitur tota Fidei ratio pendet ab istorum rerum occultatione, vt ipsa meriti ratio magna accipere ret incrementa: bona illa intravisce ra eburnea sunt reposita, coniecta q; Saphiris. Neque sic res est intelligenda, quasi bona illa quæ latent intra viscera Sponsi, quæ oculis mortaliū non sunt exposita, ratio ipsa & humana mens, propter ingenitam sibi agilitatem & cupiditatē inuestigandi diuina, possit bona illa, si non sensibus, saltem cognitione cōprehēdere: adeò enim occulta sunt, & abstrusa intra ipsa Sponsi viscera, vt primo occultetur ebore, deinde occulentur hyacinthis: adeò sunt pretio

sa, vt ebore, & Saphiri pretiū & cestimationē exceedat. Hinc illud Pauli Apost. Neq; oculus vidit, neque au-*1. Cor. 2.* res audiuit, neq; in cor hominis ascēdit, quæ Deus preparauit diligentibus te. Ergò quemadmodum ebore & Saphiris sunt coniecta bona illa, ita, & ipso valore & pretio Saphiros omnes, & pretiosissima exceedit ebora. Verum quidem est, bona ista non omnibus sanctis ex æquo occulata & coniecta: alij enim fide tantū agnoscunt bona illa sibi reposita: alij, quibus Sponsus dignatus est ampliorem cognitionem & gustum illorum bonorum præbere, possunt cum Pau. dicere, Nobis autem reue*1. Co. 2.* labit Deus per spiritum suum. Neq; enim dubitandum est, quin plerisq; sanctorum Sponsus contulerit, inter in etiam quod versantur in terris, exactiore quādam istorū rerū cognitionem, quemadmodum Paulo, *2. Co. 11.* quemadmodum Moysi cum versare *Exo. 33.* tur in monte.

*Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatae sunt super bases aureas.*

*G*rossiores tibiæ, maximè si sint neruofæ, hominē fortē significant, & audacem: quemadmodū debiles, debilem & ignorantem. Fuerant hæc à conditore Deo (vt Arist. placuit) carnosa, & neruis suffulta, quod solus homo inter cæteras animantes erectus incedat: itaque vt superiora facile possit substinere, supernis partib; carnes detraxit, infernis addidit. Quo circa eos quos natura rubustiores gignit, hac potissimum parte subindicat: quæ toto corpore fulciendo, & substantando ab eadem fuerunt natura tributa, tanquam columnæ: quas marmoreas

P 3      appell-

appellat Spōsa, q Spōsi robur & fortitudo sit prorsum insuperabilis, ut marmoris duricies. Obreamque rem apud veteres, quemadmodum refert Plinius ex marmore columnæ

**Pli. li. 36.** siebant in templis, non tam lauitice caula, quam quod firmiores alia ratione statui non poterant. Et quamvis marmora multis alijs effient usibus deputata a veteribus, co-ficiendis tamen columnis aptissima iudicabantur. Neq; verò sine magna consideratione, omnium artiu per-tissimus Salomon, Sponsi crura columnas appellat. Sunt enim in humana structura, crura ipsa columnæ in quas totius corporis pondus incumbit. Nam cùm symmetriæ omnes, & ædificiorum proportiones, ab humano fuerint corpore profectæ: tum verò columnas ipsas, humani corporis crura imitari, nemo est qui ambigat. Summam ergo Sponsi fortitudinem & robur eximium paucis verbis expressit Spōsa, cùm inquit: [Columnæ marmoreæ super bases fundatæ.] Quemadmodum enim hominis crura, columnæ imitantur, ita etiam & bases referunt pedum rationem. Bases autem aureas appellat, quibus innititur marmoreæ columnæ, quod antiquitus **Re. 3. c. 7.** bases siue spyræ siebant ex metallo. **li. 4. c. 25.** lo durissimo (quodammodo legis in libris Regum & Exodi) quod totū **Ez. 10. 16.** pondus structaræ super bases ipsas & spyras incubat. Auri autem materia diuturnior est, & ferēdo pondere est aptissima. Hoc igitur scheme Spōsa robur & fortitudinem Sponsi declarat. Hæc Spōsi fortitudo & robur, quamvis multis locis Scripturarum abunde referantur: Paul. tamen ad Hebræos paucis verbis expressit, dicens: Portansque omnia verbo virtutis suæ. Tanta est

enim virtus Sponsi, ut solo verbo vniuersa substantet, & moderetur. Duo enim sunt (ut arbitror) quæ nobis istam Sponsi fortitudinem magnoperè declarent: alterum est, quod omnia ex nihilo condidit, quod admodum Moses prodidit: alterum **Gen. 11.** verè, quod cadentia omnia, & ad nihilum tendentia, solo verbo continent. Siquidem non minoris virtutis est continere mundum, vniuersaque intra leges continere suas, quam ex nihilo illum fecisse. Siquidem cùm mundus fabricatus est, Sponsus ex nonstantibus illum condidit: quod verò substantiat, verbo virtutes suæ retinet illum, ne forsitan in nihilum recidat. Sed vide quām eleganter Apost. eximiam Sponsi fortitudinem & robur incredibile expressit, dicens: Fert omnia fide sufficit verbo virtutis suæ. Ea enim metaphora usus est, quasi quispiam sine ullo labore, solo digito vel mouere aliquid, vel efficere potest. Quantæ igitur virtutis erit, cuncta retinere, ne dilabantur in nihilum, solo verbo: Cùm verbum dixit, nullo se labore id facere significauit. Sed ne singula persequamur huius eximiae fortitudinis inditiae & argumenta, fuerit satis celebratissimum illud regij vatis David carmen, quo admirabilem istam potentiam & robur Sponsi celebrat. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, &c. **Psa. 24.** Nam ipse super maria fundauit eū, & super flumina præparauit eum. Observandum sane paradoxon diuinæ potentiae atque virtutis: ædificaturi homines, dant opera fundamenta constituant, loco solido & immoto: contra verè (inquit) Dominus tantā orbis machinam, superstruxit & mari & fluminibus. Hoc miraculum celebrat alio in loco. Et Iob ele-**Psa. 104.** ganter

gant̄ satis Deum inducit sibi allo  
quatum: Vbi eras cū funderem ter-  
ram? Eloquere si nosti quis posuit  
mensuras eius, aut quis extendit su-  
per eam regulam. In quo sunt fixe  
bases eius? Aut quis videt lapidem  
anguli eius? Huiusmodi miracula,  
quæ Sponsi fortitudinem & robur  
declarant, frequenter celebrat diui-  
na Scriptura, ut miser homo & infi-  
lix suum opere collat, sui piciat que  
cum, in cuius planè manu fese conti-  
neri certo sciat. Quod igitur non o-  
mnia defluant in pugnacissima ele-  
menta, quibus compacta sunt: quod  
non momento evanescant omnia, &  
spiritus etiam ipse quo vivimus: q  
no n̄ incidunt supernæ imminentes  
aque, Sponsi fortitudini debetur &  
robori. Attende, Christi, huius suis  
sententiae, ut crederet aquam ter-  
rae subiacere: & quamuis videatur  
τραπάσθεν, ipsa tamen ratio id vide-  
tur conuincere. Neque enim aqua  
super terram influit: influeret ta-  
men si terra illi esset subiecta, cū  
loca semper petat declivia. Solenne  
erat apud Priscos theologos, Spon-  
sum appellare fundamentum, quod  
magno miraculo super aquas leue  
& mobile fundamentum exeret:   
quod tamen adeo permanet immo-  
bile, ac si columnis marmoreis super  
aureas bases esset iussit. Possis &  
alioratione locum istum interpreta-  
ri. Inter edificia & structuras, ea po-  
tissimum à nobis celebrantur, quæ  
nullo pacto possint suo loco dimo-  
ueri: cum etiam hominem iudica-  
mus fortissimum, qui nullo impul-  
su, nullaque humana vi deieciatur, ne  
que cruribus, quasi dicas columnis,  
dimouetur. Eleganter dixit Erodo-  
tus de homine in bello profligato &  
deicito. In genu deiecit. Sponsus igi-  
tur satis aperte, quæ admodum diuinis

oraculis consignatū videmus, nobis  
declarauit, quāta eset illius virtus,  
q̄ & ab orbe condito, & ante condi-  
tū etiā orbem, multis rationib⁹ fue-  
rit Sponsus debelatus. Ioannes in A-  
poc. cruentissimum bellum in cœlo  
factū declarat, nulli dubiū quin ad-  
uersus Sponsum, cū Sathanas ad-  
uersus illū de diuinitate contendere-  
ret: quo bello Lucifer profligatus  
est, cœloq; deicetus: fuitq; victoria  
penes Sponsum. Neq; enim vlla ra-  
tione fortissimus hostis potuit Spō-  
sum suo loco dimouere, non magis  
quā colūnas fortissimas super bales  
aureas fūdatas. Agredit idē hostis  
Spōlū, si forsā potuisset alia via il-  
lū deicere. Hominē em̄, nobilē crea-  
turā falsis pollicitationib⁹ à felicis  
simo statu deiecit: eiusq; animū ad-  
uersus Spōsum summa arrogantia &  
superbia armauit. Vcheinēt̄ enim  
cupiebat (vt quidam arbitrātur) di-  
uinam usurpare sapientiam. Quo  
bello, adeo Spōsus deicetus nō fuit,  
neque columnæ istæ suis locis dimo-  
tae, vt inde potius sumeret occasio-  
nem insestādi inimicum & hostem.  
Eādem etiam ratione & quoniam  
Deus O.M. fuerat pollicitus deicētū  
hominem & seueritate peccati pres-  
sum, in suam gratiam & benevolen-  
tiā recepturum, assumpta nostra  
mortalitate: cœpit ante diluuiū, iu-  
storum semen per impudicas & pe-  
tulantes foeminas corrumpere, quod  
pauciores essent, qui Sponsi cultum  
& veram religionem sectarentur, &  
qui promissiones diuinæ aduersus  
fraudem Serpentis exciperent. Cœ-  
pit expugnare deinde Pharaonis ty-  
rannide: vt Babylonice structure  
turrim prætermittam⁹. Tum in de-  
serto, cū per Aaronem sacerdotē  
populus ille in scelus idolatriæ pro-  
lapsus est, crevit malū hoc magnis

# F. CYPRIANVS INCANT.

auctibus, & ienitatem cepit in populu Israëlitum graftari : & quamuis per iudices & viros illius populi frequenter hoc facinus represserit, erigitbat tamchz caput ad tempus serpens ille antiquus, nunc vitulos aureos, Ægyptiorum more adorandos Hebraeorum animis instilas, nūc vero Assyriorum ritu, Bahal esse colēdū. Neq; tamē Spōsus his omnibus, q; illius cruræ essent columnæ super bases aureas, suo fuit loco aut dignitate pulsus : quin potius per homines virtutem integratam suspicēdos hostis & inimici impudentiam cohibebat. In novo testamento verò, qui b̄s artibus concutiebat columnas istas marmoreas? In deserto iisijt cū Sponso singulare certamen, illumine que nunc occulto, nunc aperto Marte adoriebatur : concitat aduersus eum in populo Pharisæos, viros primarios, & literis & virtutem externam sanctimonia admirabiles : concitat

**Marc. 1.**

**Math. 4.**

**Ioan. 11.**

**Mat. 27.**

**Ioan. 19.**

**Mat. 27.**

*Species eius ut Libani, elephas ut cedri.*

**L**ibanus est inter Arabes, & Phenices: arbores gignit exellas: ab eo Orôtes fluuius oritur. Esai. cū eos cōsolaretur, qui vastati esset à tyranis, cū florēte Synagoga, tum maxi me post aduentū Chri, inquit: Gloria Etai. 3x Libani dabitur illi, splendor Carmeli & Haron. Erat enim inter montes oēs celeberrim⁹, multis ac varijs arboreū generib⁹ cōsitus, vt prētermittat, q; nō solū amēnitate, verū etiā & altitudine ceteris montibus emineret. Voluit igitur Spōsa ostendere præsenti carmine, bonas & pias mentes magnopere delectari contemplatione Spōsi. Primo longo rerū experientio & vsu firmatus esse videm⁹, eos, qui frequenter Sponsi pulchritudinem contéplantur, & orationibus incumbunt, non solū in supremum sanctimonie & pietatis gradū evadere, verū etiam & ipsa contemplatione, summas consequi voluptates, summaq; oblectamenta: adeo ut & omnia, quæ ab humano animo expectantur, contemnāt tanquam vilia & inania. Id verò certò contingere scimus sapientibus, rudibus, ac simplicibus, maribus, sœminis, iuuenientibus, atq; iuuenibus. Quemadmodū ergo Libani montis cōspectus intuentes oblectabat eximie (nā solet amēritas cuiusq; loci animos intentiū incredibiliter recreare: non secundus ille Libani) ita & Spōsus eos qui contéplantur, mira solet & summa afficere voluptate. Nec abs re Sponsa huiusmodi oblectamenta & voluptates, quæ ex contemplatione Sponsi nascuntur, celebrat præsenti carmine, nō in Libani montis. Nam cū humanus animus sit suapte natura auidus agnoscēde veritatis, & puritatis, ac lucis: necessū est, vt quō magis ad ipsam veritatē & lucē accedit, maiora etiā sentiat oblecta-

oblectamenta. Sponsus autem veritas ipsa est: quid ergo mirū si humānus ānim⁹ ex veritate cognita oblectetur? Est lux infinita: quod ergo quispiā elevatione mētis magis sit vicinus, eo magis oblectetur necessum est. Human⁹ autē anim⁹, iuxta veterū philosophorū sentētias, vñq; adeò lucis est percipidus, vt ipse cōtiā naturā lucis participet. Ob eam enim rē Græci hominē φῶτα appellariūt: quasi dicas luce. Hinc (vt arbitror) nascitur, q̄ humanus animus tantopere tenebras ipsas & caliginē perhorrescat. Summā autē perfectionē nostrā mentis, & intellectus, veritatē esse nemo dubitat. Quo fit ut necessitate quadā, & naturā arcano, ipsa investigatione syncerā veritatis magnopere oblectetur. Veritas autē pura, synēera, lucida, ipsa Spōsi contemplatione consistit. Quando vñquā causa aliqua suo genere p̄stātissima, effectus à se p̄ductos mouet, & impellit, nisi motus ille & impulsus in fines aliquos destinetur, effectibus ipsis maximē cōsentaneos? Sed cū Libani mōtis, Sponsi scilicet quispiā cōtēplatur pulchritudinē & amēnitatē animo persentit, quis dubitet quin id faciat ab Spōso tract⁹ & impulsus? Impelleret autem minimē Sponsus nisi humanū animū vellet ad summas sibi debitas perfectiones perducere. Sūma autē animi perfectio, interim quod in corpore mortali versatur, voluptas est & oblectamētū quod nascitur ab ipsa veritatis cognitione, & profaciore luce, ampliori q; lumine diuino. Postremō, cūm effectus aliquis in suas causas dirigatur & conuertitur, conuersio ista, postulatio quedā est propriæ perfectionis à natura sibi destinatę. Nec fieri potest, nisi aliquid impedit causæ proprios influxus, nō

infundat in effectus ipsos quidquid  
illorū naturæ maxime est consinta  
neū. De autē præstatiſſima eſt cau-  
ſa: humān⁹ animus ad illū cōuertit  
p̄ orationē. Quid ergo mirū, ſi hac  
ipsa cōfēplationis oblectatione per-  
ficiatur? Quod autē inquit (vt qui-  
dā vertū) Statura eius eminet ut ee-  
dri: p̄ Statura Hieronym⁹ vertit: ele-  
ctus: nec abs re. Nam **תְּבִיבָה** à verbo  
**תְּבִיבָה** electū ſignificat. ps. 135 Quoniā Psa. 135.  
Jacob elegit ſibi Dñs. Significat ali-  
quādo iuuenē bellicosum, validū, ro-  
bustū. 2. Reg. 6. cōgregauit Dauid o-  
mnes electos Iſraēl. Ergo Sponsus  
electus ut cedrus appellatur, quoniā  
arbor hæc ipsa eſt proceritate inſi-  
gnis inter ceteras arbores, & Spon-  
ſa iuuenem pulcherrimū deſcribit,  
omnibus numeris abſolutum. Benē  
quidā interpretantur hunc locum,  
[Statura ſimiſis cedro.] Et Hebræi  
quā cunq; rem ſuo genere præstan-  
tem, electam ſignificant. Sed qua re  
præſet Spōſus, ex adiunctis agnoscī  
imus. Ea oīa que ab homine tanquā  
ſummū bonū expetuntur, ſi probe  
expēdantur, & in corrupto penſen-  
tur iudicio, nunquā poterū de pro-  
ceritate & magnitudine cū Sponſo  
certare. Nā vt magna videantur &  
ſint quęcūq; vehemēti⁹ cupit huma-  
nus animus, ſiuē re ipsa magna ſint  
& excelsa, ſiuē humana tātū opinio-  
ne: alius eſt excelsius, quod magni-  
tudine & excellētia ſuperemineat,  
quēadmodū cedrus inter ceteras ar-  
bores. Nā ſi virtutē ſummū bonū iū-  
dicemus, & de illa ita ſtatuum⁹ que  
admodum Stoici: adhuc eſt aliquid  
quod tanquam cedrus emineat. Vir-  
tus humānis operationibus cōpara-  
tur, nec ſine noſtris operationibus  
virtus ipsa conſtare poſſit: at verō  
ſummiū bonum, ad quod omnia  
reſeruntur, per ſe ipſum bonū eſt,

in tantaq; magnitudine erectus, in-  
star arboris cedri, vt ab eo totius in-  
tegritatis ratio, felicitatisq; petatur,  
neque extrinsecus querendum sit a-  
liquid, vt summi boni rationes in il-  
lo comperiamus. Si ergo yltra virtu-  
tem ipsam oculos creixeris, visumq;  
protendas, aliquid liceat inuenire,  
quod virtuti superemineat, quem  
admodum cedrus. Iam si de diuitijs,  
gloria, potentia, robore, agilitate, fa-  
nitate integra, ista statuamus (quē  
admodum præstantes quidam phi-  
losophi de rebus istis iudicarunt) Ce-  
drum videbis eminentissimam in-  
ter arbores istas. Ea enim debeat es-  
se summi boni natura, vt sui conse-  
cutione, ac si in portu essemus, nul-  
la amplius iactemur cupiditate. Sed  
nulla est in his rebus satietas, quam  
uis frequenter sui generē fastidiū:  
aliud igitur inuestigandū est, quod  
inter omnia eminat, instar altissi-  
mę cedri, quod quidē suapte sit na-  
tura experendum, & propter se. Ea  
autem omnia, de quibus diximus, di-  
uitias præsertim cordati homines  
in alios fines destinare solent: vt, ad  
magnificentiam, ad liberalitatem,  
vt multis gratificentur: potentiā ve-  
ro, vt reb⁹ publicis cū imperio & po-  
testate præsint: dignitatē, vt homi-  
nes apud ciues suos faciat glorioſos  
& charifimos. Quod igitur in alios  
fines ordinatur, summi boni ratio-  
nem continere non posuit. Illud igi-  
tur inter hæc omnia vt cedrus ar-  
bor eminat, quod propter se suapte  
que natura sit experendum. Sed si  
oculos atrollamus, Sponsum videbi-  
mus à longe his reb⁹ omnibus emi-  
nentem. Sed ad rerū diuinarū cōtē-  
plationē accedam⁹: de qua sumi phi-  
losophi ita statuebāt, quasi inter ce-  
teras oēs res, vt cedrus altissima ar-  
bor, eminat. Cōtēplatio diuinarū

rerum eger primō optimo corporis  
habitu. Nā cū animus simulacrorū  
vtatur adminiculo, & corporeis etiā  
instrumētis ad rēs contéplandas &  
intelligendas: qui pessima fuerit cō-  
plexione affectus, aut ingenio cras-  
siori & tardiori, cōgrē poterit finem  
istū, quē admodum opus est, assequi.  
Tū rei familiaris angustia plurimos  
auocauit à rerū cōlestiū cōtēplatio-  
ne. Nā frequenter, vt videmus, rei fa-  
miliaris necessitas totū sibi deposita  
hominē. Cū igitur is finis humanæ  
mentis (vt præstanteis etiā philoso-  
phi sunt opinati) tot rebus externis  
indigeat, tot adminiculis: illud sane  
quod nullo externo eger adiumento,  
vt nos possit beare, finē humanæ vi-  
tae statuem⁹. Postremo, nemo ad cō-  
lestiū rerū contéplationē syncera in  
nisi lōgo tempore perueniat. Nā quæ  
spiritalia sunt, ipsis sensibilibus tan-  
quā instrumentis cognoscimus. Ob  
eamq; rē innumera & penē infinita  
sunt à nobis cognoscenda, an-  
tequā ad præstantissimā cognitio-  
nem istarum rerū accedamus. Quo  
circa philosophi Metaphysicā, quo  
niā circa diuina versatur, postremo  
loco perdiscendam astruebāt. Quo  
niam ad eam artem esset necessaria  
& puritas eordis, & perturbationū  
animi & facultatis sensibilis sedati-  
o, & trāquillitas. Animus enim cū  
à passionibus quietit & à corpo-  
ris motibus, tūc tandem fit prudēs.  
Quæ omnia vix alicui contingat,  
longa etiā senectutē defesso. Quid  
ergo, iuuenib⁹, qui ex hac vita im-  
mature, discedūt, & inuida morte,  
tāquā tenerimi flores carpūt, nul-  
lus aliis erit finis propositus? illud  
igitur quod omnibus ex aequo, sa-  
pientibus, insipientibus, egenis,  
diuitibus, adolescentibus, graui  
iam senio confectis propositum est,  
necessum

necessum est emineat omnibus, tanquam cedrus arbor, de qua disputamus. Tandem curiosius inuestiganti & perquirenti veritatem huius rei, illud statim occurrit: paucissimos quidem esse, qui ad istarum rerum contemplationem perueniant. Impedit enim ex altera parte nostri intellectus debilitas: sensus præterea, a quo omnis nostra cognitio sumit exordium, nos plerunque decipit: ipsa que facultas imaginandi, frequenter intellectui & menti offundit tenebras: & ipse intellectus & mentis discursus non raro nos fallit, ita ut interdum sophisticam ratione in pro demonstratione accipiamus: quod excellentissimorum virorum dissidentium inter se opiniones satis testantur.

*Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis.*

Psa. 33. **G**utur Sponsi suave est, totusque desiderabilis. Nam illius bonitas & benignitas, illius verbo declaratur, quoniam in eo residet omnis boni ratio, quidquid experti potest ab humano animo, siue iucundum sit, siue utile, siue honestum, licet in Sponso inuenire. Et quia hec omnia Sponsi verbo reuelantur nobis: Spōsa guttur illius appellat suauissimum. Quis non videat, & Sponsum suauem esse, quod humani animi paleto optime sapiat? Regius vates David: Gustate & videte, quoniam sua uis est Dominus. Omnia autem eorum quae a magnis viris dicuntur, grauiissimas & firmissimas oportet esse causas: magnum ergo aliquid regius vates David, eiusque filius Salomon persensisse necessum est, cum Sponsi guttur dulcissimum appellant, aut totum ipsum Sponsum. Non eniū audienda est vox vulga-

rium hominum humiq; repentium. Omnes itaq; cupimus suavitatem illam, qua possim⁹ esse fœlices, maximis autē in hoc negotio implicam⁹ errorib⁹, dum ea suauia existimamus, è quib⁹ suauitas nulla, sed amaritudo poti⁹ & maximus angor ani mi proficiscitur. Tunc tandem detegitur humanus error, & antiqua fraus venit in lucem, cum incipit animus ipse degustare dulcedinem istam & suavitatem Sponsi. Quam philosophi appellant voluptatem, ea honestiori vocabulo Scriptura sacra suavitatem appellat. Fuerunt inter Philosophos qui dicerent, omnes proptero luctatem operari, & finē humanarum actionum voluptatē esse. Quorum sententia, si ad voluptatem ipsitalem, non ad corporeas voluptates crassiores & ignobiles referatur, satis (ut mihi videtur) ratione est consona. Vtimum enim, quod in omni operatione expetitur, voluptas est: adeo ut suprema sanctorū felicitas non solum in ipsa fruitione Sponsi, verum & in voluptate illa, quæ ex fruitione nascitur, constet. **Q**uis enim dubitet, oblatione illa summasque voluptates, quas sancti carnæ mole exuti Deum videntes percipiunt, ab illis haberi inter preciplias felicitatis partes? Igitur finis humanarum actionum in uno Spōso admirabili quadam ratione inuenitur. **P**lato in Philebo, summum bonū asserbat sapientiā esse, sed voluptatis quadam mixtione contéperata: adeo sine voluptate summū bonū constare non posse. Sed & Sponsi guttur suauissimū esse docebat regius Vates, cū diceret. **Q**uā dulcia Plato. fauicib⁹ meis eloquiā tua, &c. Est alterū quod homines solet impellere, scilicet ipsa ratio boni in reb⁹ cognitione deprehēsis. Hęc verò in Spōso non

non per partes inueniuntur, sed coniunctæ potius, & ad unitatem quādā redacte. Est bonū aliquid quod utile videatur: in quo forsitan nō deprehendas ullam rationem honesti: & honestum, in quo nō appareat ratio utilis. Summæ itaque dementiæ sit, illud summum existimare bonū, in quo, quamvis aliqua boni ratio se insinuet, varios tamen cuestigio ostendit defectus. Plato in Thimæ multititudinē omnem ad unitatem reducere, & unitatem in multititudinē distribuere, summam iudicabat sapientiam. Nam omnes boni rationes, quæ separatis singulis in rebus comperiuntur, ad unum Deum referre, & unum Sponsum, tanquam unitatem istam colere & adorare, tum & bona illa prout ab Spōso proficiuntur in rebus ipsis agnoscere, summa est veræ sapientiæ ratio. Sponsa igitur nobis ostendit presenti carmine, quod sit bonum illud ad quod rediguntur omnes rationes expetibilitatis, cum inquit, [Totus est desiderabilis.]

*Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filie Ierusalem.*

**E**pilogus est eorum omniū, quæ hactenus dixerat Sponsa in superioribus.

*Quò abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Quò declinauit dilectus tuus, & quæremus cū tecum?*

**E**Doct̄ iuuēculę sermone Spōsæ qualis, quantusque sit dilectus, vehementer cupiunt illum agnoscere, & deprehendere, ut eo tandem invento liberè fruantur. Attende quāta sit efficacia orationis Spōsæ, imo potius verbi Dei. Nam iuuēculæ,

quæ paulò antea libenter fatebantur suam ignorantiam, & se nescire dicere quibus notis distinguerent pulcherrimum Sponsum ab alijs adolescentibus, hoc est, summum bonum ab alijs rebus, in quibus illæ si tam existimarent rationem summi boni: cratio Spōsæ potentē adeō in illarum animos influxit, ut vehementior cupiditas, & feroꝝ quidā dilectionis illarum animos occupauerit. Optat, sibi tradatur ratio esse quendi Sponsum, &, si fieri possit, fruendi. Sponsum itaque intueri desiderant. Quæris unde nascatur desiderium hoc? Nempe ex similitudine nostrorum animorum cū Spōso. Nam inter ea quæ nullam videntur habere similitudinem, quemadmodum amor versari nō potest, ita etiā nec desiderium. Singulæ enim res suis similibus lœtantur & gaudent. Nostros autem animos Spōso similes esse nullus dubitare potest.

### CAPVT SEXTVM.

**D**ilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.



P O N S V S  
non nihil irritatus,  
& quasi indignabundus secesserat ab  
Sponsa: obcaenque rem adolescentulæ  
diuinarum rerū, &  
naturæ & ingenij Spōsæ ignorare,  
existimantes Sponsum aliquo fecerisſe,  
aut in aliquem se contulisse  
locum ut Sponsam fugeret, querunt  
ab

ab Sponsa, [Quod abijt Spōsus tuus,  
& querem⁹ eū tecū.] Arbitrabant c-  
nīm, Spōsum in locū abstrusiorē di-  
uertisse: obeāq; rē externis sensib⁹  
esse querendū. Nā qui de Spōsi na-  
tura corrupte iudicāt (quēadmodū  
Manichēus iudicabat, & Septimius  
statuebat) in loco corporeo quēad-  
modū cæteras res Spōsum reclu-  
dunt. Adolescentulæ itaq; adhuc he-  
betiores & rudiores, arbitratur, Spō-  
sum sollicitè querendū, sed & querē-  
dū in loco, & sensibus exterioribus,  
& foris tandem esse videndū. Quo cir-  
ca Spōla, vt illarū mētes ab errorib⁹  
pernitiosis reuocaret, inquit: [Spon-  
sus meus descendit in hortū suum,  
&c.] Principio itaq; Sponsa decla-  
rat, querendū non esse foris, neque  
externis & corporeis sensibus, imò  
neq; internis. Ostenditque illis, qui  
bus in locis habitet Spōsus, quib⁹ in-  
docis querendus sit, & inuestigan-  
dus. Nam Sponsus oculis externis  
querendus non est: nullis est enim  
coloribus affectus, aures illum ex-  
cipere non possunt: non enim sonū  
redit, quēadmodū corpora dura mu-  
tua collisione: odoratus, gustus, ta-  
ctus minimē possunt illū inuestiga-  
re, qui neq; odorē emittit, neq; sa-  
porē habet, neq; corpulētus est, aur  
mole aliqua afficitur. Quāvis enim  
Spōsus lux appelletur in literis sa-  
cris, & vox interdū, odor, & dulcor:  
sed lux illa super omnem lucē est:  
quā non capit oculus: vox super o-  
mnē voce, quā non capit auris: idem  
de odore: idē de dulcore. Nā lux ista  
fulget, vbi nulla est ratio loci: vox  
ista sonat, vbi flatus illā nō rapit: ec-  
dolet odor, vbi sp̄itus non spargit:  
& sapor iste sapit, vbi nō est edaci-  
tas. Sensibus ergo exterioribus Spō-  
sus non est querendus, neq; inuesti-  
gandus. Esai. 45. Sponsum appellat  
Deū aliconditū, quod sensib⁹ omni-

b⁹ exteriorib⁹ imperuestigabilis sit.  
Neq; est querendus in loco, quēad-  
modū adolescentulæ existimabāt, &  
pleriq; etiā de natura Sponsi arbi-  
trabantur. Cūm enim Sponsus dici-  
tur vbiq; per oīa diffusum, carneis  
cogitatis occurredū est, & mēs à cor-  
poreis sensibus auocanda: ne quasi  
spatiosa magnitudine quispiā opine-  
tur Deū per cuncta diffundi, quēad  
modū humor, aér, & lux etiā ista dif-  
funditur. Nā res quæ ita versantur  
in loco, maiores sint oportet in toto  
quā in partibus. Sed potiū quēad-  
modū iudicamus de sapientia, quæ  
si in duobus hominibus æquē sapiē-  
tibus sit, quorū alter procera sit sta-  
tura, alter verò exigua, non est ma-  
ior invno sapientia quā in altero, nec  
maior in duobus quā in uno: neque  
immortalitas ista maior est in trib⁹  
aut quatuor quā in uno homine: qđ  
(inquā) humana mēs de corporeis  
qualitatibus intelligit, tū de habiti-  
bus animi interioribus, multo ma-  
gis de creatore id existimet, ipsa ra-  
tio postulat. Hier. 23. Cœlū & terrā  
ego impleo. Sapien. 1. Spiritus Dñi  
replevit orbē, &c. David. Quo ibo  
à spiritu tuo, &c. Omnia quidē im-  
plet Sponsus, & vbique est per o-  
mnia diffusus, non tamen per spa-  
tia locorum, quasi mole sit corpo-  
rea affectus. Ille ergo magnopere  
mirandum, quod Sponsa docet  
præsentī carmine, quod cum Spon-  
sus per omnia penetret, vbique sit,  
omnia ampleat: interdū tamēd esce-  
dit in hortū suū ad arcolas aroma-  
tū, vt colligat lilia. In Sponsō quidē  
viuimus, mouetur, & sumus: ipse ta-  
mē non oēs inhabitat, sed illos tan-  
tum, de quibus Apost. Nescitis quo-  
niā corpora vestra tem plū sunt  
Spiritus sancti. Vbique itaque est  
Spōsus per diminitatis præsentiam,  
sed in horto suo, vel in arcolis aro-  
matum

matū vbi colligit lilia, hoc est, pijs & sanctis animis, qui optimis cogitatis, animique recessibus hortum amoenissimum Sponso conferunt, & areolas efficiunt boni odoris per virtutum opera, quæ etiā lilia fragrantissima appellatur. Quo sit, ut quoniā is propriè sit sponsi locus, quem ille libenter inhabitar, in oratione Dominica à Christo instructi & docti dicamus. Pater noster qui est in cœlis. Nam tametsi ubique sit, sed quod eius inhabitatio per gratiam iustificantem & charitatem fiat, oramus: Pater noster qui es in cœlis: hoc est, in mentibus iustorum. Nam si sanctorum animi templum sunt sponsi, & quasi ortus amoenissimus lilijs fragrans, & tanquam areola selectorū odoratorum: quid verò censem⁹ de cœlitibus illis fœlicissimis? Quid de spiritibus molea carne exutis? Itaque sponsi locus pius animus est, & in spectus fidele semper ille est querendus, & inuestigadus. Intra nos ipsos querendus est ille. Nam nisi in nobis sit, nisi in nostris animos, quasi in hortū deseret dat, extra nos ipsos querendus non est, neq; alibi inueniri poscit. Quo sit, ut quoniā sponsa quodammodo tentaret iam redintegratum amorem inter illā & spōsum, probabilique conjectura arbitratur, sponsum se habere in spectus, aut de scipsa, aut de quocūq; pio animo iusto & factō inquit: [Dilect⁹ me⁹ descēdit ī hortū suū, &c.] Quasi is vere sit locus sponsi: hoc sit propriū illi⁹ domiciliū, quod ille libenter inhabitat. Olim enim florēte Synagoga, regius propheta David arcā federis reduxit ī Ierusalē, insti tuitq; sacerdotes leuitas ad laudandum spōsum. Tabernaculū illud qđ 2. Par. 16. David terendit, hortus quodammodo

do appellari poterat: sacrificia & oblationes, quæ ex fide & charitate offerebantur, arcole aromatū; ministria oīa & obsequia leuitarū & sacerdotū, lilia iure appellari potuissent, erant quidē omnia illa effigies quēdā & imago eorū, quæ modò diximus. Voluit enim spōsus antiquit⁹, Exo: 23, tēplū aut tabernaculū habere tāta diligētia & sedulitate constructū, ut externa illa corporea imagine, mortal⁹ homo intelligeret, quale essetur spōsi domiciliū & habitaculū. Et quoniā locū ille haberet in terris non tamē corporeū, in quē libenter descenderet, ut pasceretur, tanquā in hortis, ut lilia etiā colligeret. Fidelū autē pectora & sanctorū animos, horros appellat, & areolas aromatum. Primo, ut intelligas quantoperē oblectetur spōnus locis istis, & isto domicilio, in quo semper querēdus est ille & inuestigadus. Nemo enim ignorat, quām libenter homines causā animi relaxandi, in huiusmodi loca descendant, ut oculos pascant & oblectent, & reficiāt animos: quā libenter istis in locis cōmorentur. Nō secus spōnus, fidelū virtutib⁹, pijs studijs, pietatis operibus oblectatur, & quasi animū pascit, & recreat. Descendit autem, ut lilia colligat. Nam quēadmodum hi qui locis amoenissimis, & hortis varijs arboreū generibus oīsiris, lilijs, alijsq; odoratis, rosas decerpūt, & collegūt illarū odore delectati, eadem opera spōnus istis in locis, vbi ille querendus est, lilia colligit, & odoratorū fragrātia delectatur. Colligit enim lilia: quia singula piorū animorū cogitata, sanctos affectus, opera pietatis, tanquam lilia pretiolissima decerpit, ut naribus admoueat. Nullus est enim pietatis opus, nullus cogitatus nostre mētis tam abstrusus, &

reconditus, nullum est lilyum, nullus est flos tam exiguis, quem ille manibus non attrectet, quem oculis non conspiciat, quem naribus non admoueat. Nam cum sit ille futurus seuerus iudex nostrorum operum, sit necessariò odorem cuiusque floris & lilij diligenter consideret, ex pendat que, & probe teneat nostrorum mentium occultissimos cogitatus, & quæcunque opera ab hominibus fiunt, siue publica siue priuata. Christus magister viræ, quoniā Spōsus Deus magnopere delectatur in his locis, & singulos flores & lilia pertentat, consuluit aliquando, cùm aliquis nostrum optimis operibus vacaret, orationi, cleemosynæ, ieiunio, hæc fierent in abdito & in secessu: nā Pater (inquit) tuus cùm videbit in abscondito, reddet tibi. Ita que singulos flores, singulaque lilia huius horti habet Sponsus in numerato. Quis (si humano iudicio rem expenderet) arbitraretur potū aquæ opportunè sipienti proximo impensum, florem esse, siue lilyum dignū quod ab Sponso colligeretur, quod admoueretur naribus? Et tamē Spōsus huic operi, exiguoq; flori, minutiissimo lilio, amplissimum pollicetur præmium, nempe fœlicitatem æternam, quæ nūquam sit interitura. Concludimus ergo, Sponsum extra hortos istos querendum non es- sc. Nā ille: ultra hoc quod nō diuagatur per sylvas, & saxosa loca, & senticosa, corporeus non est, nec sensibus exterioribus querendus, nullis circumscribitur locis. Si intra nos ipsos non inueniatur frustra extra nos illū queram? ¶ Quæ sequuntur.

Ego dilecto meo, & dilect⁹ me⁹ mihi:  
Explicuimus diffusè, commentarijs in secundum caput.

Pulchra es amica mea, suavis & de-  
cōra sicut Jerusalem: terribilis ut  
castrorum acies ordinata.

**E**CCE qui videbatur secessisse Sponsus iam Sponsam alloquitur. Quæ locutio, nō tam externas iplas aures, quām interiorē cōscientiæ auditum pulsat. Nā verba ista [Pulchra es, &c.] Ita sūt à nobis intelligenda, quasi Sponsus testimoniū redat spiritui Sponsæ, q; pulchra sit, q; veausta, q; terribilis, &c. Hoc est testimoniū illud Paulinum de Spiritu Dei cū inquit. Spirit⁹ ipse <sup>Rom. 8.</sup> testimonium reddit spiritui nostro, quod sum⁹ fili⁹ Dei; Hoc enim quod inquit: [Pulchra es, &c.] Quēadmodum spiritus Sponsi præsenti carmine testatur, apud conscientiam Sponsæ quod pulchra est, quod ve- nusta, &c. erit quidem testimoniū hoc certissimum: Non tamen inde sequitur id quod Bucerus euin cere nitebatur illo paralogismo, testimonium Spiritus sancti certissimum sit oportet & firmissimū: sed nulla est certitudo maior quām Fidei: eādem igitur certitudine, qua cę tera reuelata credimus, & Sponsa credit se esse pulchrā & venustam: & quicunq; accipit testimoniū Spiritus Sponsi, & qua certitudine crede re posse se esse filium Dei. Quis enim non intelligat, quamvis testimoniū spiritus Spōsi certissimum sit, & apud nostros animos testetur de benevolentia illius ergā nos, nū quām tamen nobis adeò certum esse, an testimoniū hoc ab Spiritu san- eto profisciscatur, an potius à nostra ipsorum opinione & sententia? Nū quām enim Spiritus sanctus ita de nostris rebus testatur palām, & aper- tē & evidentē, quemadmodum de Christo R. N. testabatur assumpta colu-

columbae effigie cum baptizaretur  
 Christus in Jordane. Non itaq; adeo  
 certi sumus testimonio isto, atq; de  
 certitudine Scripturæ: aut sicut  
 Virgo beata, & pauci alij (quos sem  
 per excipio) apud quos aperte testa  
 batur spiritus Spōsi, quod essent filii  
 Dei. Non tamen negandum censeo,  
 quin in plerisque hominibus testimoniū  
 hoc spiritus Sponsi, ita pos  
 sit in dies crebescere, & augmenta  
 quedam suscipere ut sensim huma  
 nus animo in summam prouehatur  
 fiducia cu quādam, certitudine con  
 iunctam, quæ more humano exclu  
 dere videatur timorem, ita ut sit cer  
 titudo quādam moralis: non quēd  
 autor huius certitudinis non sit Spō  
 sis, sed quod ad tantam certitudinem  
 quanta est oraculum Dei, & reuelati  
 onē fidei nusquam perueniat. Et hec  
 certitudo (quantum ego possum in  
 genio consequi) ei certitudini per si  
 milis, qua cīrta metum iudico Cæſa  
 rem adhuc viuere, aut integra sa  
 late esse, aut inter germanos com  
 morari: quæ omnia quamvis breui  
 tēoris momēto falla possint esse,  
 more tamē humano depulso omni  
 timore & formidine contrarij, iudi  
 co ita esse: nam fallum quidem pos  
 sit subesse nostrę existimationi. A  
 llioquin quomodo hereticus certi  
 iudicat sibi adesse spiritum Dei? Et  
 Bernardus super cant. Orandus est  
 Deus nostra corda intelligentiasq;  
 custodiat: ne forsān cūm nō adest  
 nobis, illū adesse putemus, nostros  
 que sensus errantes, & deuiantes à  
 verò pro ipso sectemur Sponso. Di  
 uus Christus magnam huic negotio  
 ingensit difficultatem, cūm inquit:  
 Post testimonium spiritus nulla re  
 linquitur ambiguitas, quemadmo  
 dum si angelus, aut homo de re ali  
 qua testaretur. Verba autē Christi.

nullā in re suffragantur assertorib;  
 huius certitudinis. Nam quāuis cer  
 tilissimum sit testimonium spiritus.  
 Semper tamen relinquitur in ambi  
 guo, an Spiritus ipse, an potius meus  
 apud me sensus testetur? Est ergo  
 Sponsi testimonium, quod apud cō  
 scientiam Sponsæ testatur: [ Pul  
 chra es amica mea & decora, &c.]  
 Hebræa videntur sonare. [ Formo  
 fa es amica mea ut Thirza, amabilis  
 ut Ierusalem, terribilis & formida  
 bilis; ut castrorū acies ordinata.]  
 Quibus appellationibus Thirza &  
 Ierusalem multa præclarāq; de Spō  
 se præstantia Sponsus complexus  
 est: quæ omnia ab ipsa vecum ety  
 mologia sunt eruenda. Nam nomi  
 num scientia, apud Hebræorum sa  
 pientes, tanti fuit habita, ut eam nō  
 modo sciētis omnibus, verū etiā &  
 legibus prætulerint: arbitratī hoc ge  
 nus doctrinæ a Deo Patriarchis, &  
 Moysi fuisse tributū. Moysi inquā nō  
 literis, sed sancto mentibus inscri  
 pturo. Hinc in literis sacris (vndē, &  
 ego existimo, Hebræi sapientes hoc  
 genus philosophiæ expressere) no  
 minum & appellationū ratio tanti  
 habetur, ut ab ipsa prima hominis  
 conditione, vsque ad aduentū Chri  
 sti Iesu, in tam longa temporum se  
 rie, nominum & appellationū ety  
 mologias & proprietates spiritus  
 Dei perpetuò penē seruauerit. Adā  
 primus homo appellatus est, quēd  
 ex rubenti fuerit argilla cōditus. Et  
 Eua prima omnium patens, quēd  
 mater fuerit cunctorum viuentium.  
 Idem de Seth, Noē, Abraham, Isaac,  
 Iacob: & ex oriente iam luce Evan  
 gelica, de Ioāne baptista, & de nomi  
 ne Christi Iesu seruatoris nostri. Ka  
 balei: qui inter Hebræos principes  
 habentur Theologi, inter reliquas  
 partes artis Kabalisticę, hanc unam

præci-

principia, magisq; illustrē statuūt, quæ circa vocum etymologias ver-  
fatur: quorum libris, & Platonici, &  
Pythagorici, quidquid de nominū  
etymologia literis cōmissere, acce-  
pere mutuō. Diu<sup>o</sup> etiā Dionisius, ro-  
tam rationem theologie ab ipsis no-  
minibus diuinis conquisiuit, quasi  
arcana quedam eximia diuinis ap-  
pellationibus lateant. Sed pro his o-  
mnibus vnum Christi redemptoris  
sufficiat testimonium de re ista: qui  
in nominibus Petri, Simonis, & Ioā-  
nis, & Bartiona, mysteria quedam al-  
tissima nobis excogitanda, & exeu-

**D. Dio-**  
**nysius.**  
Mat. 6.  
Gala. 4.  
Ap. 11.

tienda tradidit. Sponsus ergo primō  
ista voce Thirza, tum & appellatio-  
ne ciuitatis Ierusalem, eximia quæ-  
dam beneficia Sponsi collata decla-  
rare voluit, aut potius occultare: vt  
esset aliquid, quod legentis excita-  
ret animūm, & acueret ingenium.  
Dictio Thirza dicitur à verbo θύρη  
quod fauore, complacere, & bene-  
uelle significat: ita vt Thirza dica-  
tur à fauore, benevolentia, aut com-  
placentia: eritque sensus. Formosa  
est amica mea vt Thirza ciuitas à fa-  
uore dicta, à benevolentia, siue be-  
neplacito. Et quam ob causam Spō-  
sus charissimā Sponsam formosam  
appellauerit vt Thirza, in sequētib<sup>o</sup>  
dicemus. Nunc ad ea mysteria, quæ  
appellatione Ierusalem Sponsus cō-  
pletebatur accedimus. Spōsa proin-  
de pulchra vt Ierusalē appellatur,  
tum propter vocis etymologiam,  
quæ sonat visionem pacis, seu viden-  
tes pacem: tum propter alia multa,  
quæ sunt à nobis fusius pertractan-  
da. Paul<sup>o</sup> Apost. ad Galatas scribēs,  
supernam illam ciuitatem, in qua  
tota versatur fœlicitas sanctorum,  
Ierusalem appellabat. Et Ioannes  
Euangelista vtranque ciuitatem &  
militantem, & triumphos agentem,

Ierusalem appellabat, propter cau-  
sas à nobis iam adductas. Est itaque  
Sponsa Christi, Ierusalem per simili-  
s: primò, si consideres ipsam nomi-  
nis ethymologiā. Vnde regius pphe-  
ta Dauid ps. 122. celebrat fœlicitatē pfa. 122.  
Sponsę sub ty po Ierusalē, quo loco  
frequentē repetit nomen pacis, vt  
versu sexto, Rogate quæ ad pacem  
sunt Ierusalem. Et septimo versu,  
Fiat pax i virtute tua. Et octauover  
su, Propter fratres meos, & proxī-  
mos meos loquebar pacem de te.  
Quibus omnibus carminibus, cūm  
frequentē propheta repetit nomē  
pacis, vt ab ipsa vocis etymologia,  
Ierusalem scilicet, intelligas, quid  
velit significare propheta. Nomen  
enim pacis his omnibus carminibus  
summam rerum tranquillitatem, op-  
timumque rerum successum signi-  
ficat. Quæ omnia quamvis corpo-  
reis oculis & sensibus tempore Salo-  
monis maximē (cuius appellatio ve-  
hementē congruit cum appellatio-  
ne Ierusalē: est enim pacificus, quē-  
admodum Ierusalē visio pacis) quā  
uis inquā pacem istam & optimum  
fœlicem rerum successum homines  
deprehenderint: huius tamen figure  
veritas in Ecclesia Christi & Spon-  
sa illius, & singulis piorum hominū  
animis sit inuenienda. Nā Christus  
R. N. qui præsenti carmine Spon-  
sam vnicam assimilat ciuitati Ieru-  
salē, cuius amplissimę pacis ille fuit  
autor: vt quemadmodum illa vera  
Ierusalem, ita etiam & ille verus Sa-  
lomon & pacificus fuerit. Nā subla-  
tis intestinis bellis, & odijs inter Deū  
& hominē, inter celū & terrā, inter  
homines & angelos, perpetuam cō-  
posuit pacem, & nusquam soluen-  
das aut dirimendas amicitias. Tū &  
singulis animis piorum autor fuit  
etiam pacis: vt quæcūq; anima san-  
cta

Q

sta verè sit Ierusalem persimilis: nā sublato imperio mortis; & bello & dimicione peccati, magnā nostris animis quietudinem & pacem attulit; de qua vaticinatus est regius propheta adductis versibus. Tum & similis appellatur Sponsa ciuitati Ierusalem, proprieā quod quemadmodum certis quibusdam solennitatibus, ex omnibus tribubus à virginiti annis omnes virilis sexus in locū conueniebant, in quo erat tabernaculum fœderis: ita etiam in Ecclesiam Chrii verā Spōsam ex omnibꝫ tribubus, gentibus, populis cōfluentum esset ad fidem, & ad gratiam illam, quam pollicetur Euangelium. Id cecinit Propheta quarto versu eiusdē carminis. Erat Ierosolimis solum regni templum, sacerdotiū, totumq; religionis pondus intra illi⁹ ciuitatis mœnia erat reclusum: illic prædicatio verbi, externa c̄remoniārum pompa, ritus & oblationes, sacrificia, ceteraq; id gen⁹ alia. Quæ mœnia, quoniam eminentius multo in Ecclesia Christi, illius Spōsa erat futura, Euangelij prædicatio, vnicū illud sacrificium Christi Iesu, peccati remissio, pietatis opera, ceteraque id genus alia: iure Sponsa Christi similis appellatur Ierusalem. Apertius (vt arbitror) similitudinem istā inter Spōsam Christi & ciuitatē Ierusalē idē Propheta explicat ps. 86. Fundamenta eius, in montibus sanctis, &c. Secūdo versu: Diligit Dominum portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. In portis enim illius ciuitatis, non solum iudicia stabant forensia, verum etiam & cœlestis ipsa doctrina: quamuis in tabernaculo, & certis quibusdam Synagogis diuina philosophia etiā tractaretur. Quemadmodum itaq; portas illius Ierusalē diligebat Do-

3. Reg. 6.

psal. 86

minus, propter cœlestem doctrinā: multo magis & Spōsam diligit, propter Euangelium quod in ea prædictatur: cuius letissimum nuntiū est remissio peccati, & diuina benedictio. Tertio versu Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Nam ut multis sit ciuitas illa instruta vaticinijs prophetarum: omnes tamen in Spōsam Christi rectius conferantur. Sunt autem hec Gloriosa, quæcumque iuxta literam continebat ciuitas illa: quæ in Spiritu multo præstantiora liceat inuenire in Ecclesia Christi. Legimus dictum de ciuitate illa, sequenti carmine quarto. Memor ero Raab, & Babylonis, &c. Salomonis tempore omnes istae nationes Ierosolimam confluebant, coniuncta cum Iudeis amicitia, & fœdere pacis celebrato, vt admirabilem sapientiam Salomonis contemplantentur: omnesq; circuniacenes regiones illi tributum pendebant. At vero Sponsa Christi, non solum gentes istas accepit, verum etiam & gentes omnes ad Euangelicam gratiam admisit, festinantes, vt sapientiam Salomonis contemplarentur, quæ literis Euangelicis constat: adeo vt Euangelium fuerit enuntiatum omni creaturæ. Itaque glorificato Christo, in veram ciuitatem Ierusalem gentes omnes confluxere, cuius tenuis umbra regnante Salomone præcesserat. Causa frequentis huius cōcurrus, hæc est, quod homo natus est in ea: vt nativitas ista sit potius revelationis Christi. Hæc una causa fuit, vt quamplurimi ibi renascerentur: uno siquidem die, ad prædicationē Petri, Christo dederunt in omnē tria millia. Id canit versus quintus eiusdem psalmi, qui iuxta veritatem Hebrewicam habet: de Sion dicetur, Ille, & ille nat⁹ est in ea: & ipse excelsus

con-

Mar. 16.

Act. 15.

confirmavit ea. Notum est renascentiæ nomen per baptismum. Cùm ergo vates spiritu sancto afflatus prævideret fore, vt quotidie Christus plurimos traheret suo merito, dixit, Ille, & ille natus est in ea. Si ergo singula oracula colligas, quæ de ciuitate illa sacri ædide vates, compieres, cuius causa Sponsam charissimam assimilauerit ciuitati Ierusalem. Quæ sequuntur maiorem videtur obtinere difficultatem: quæ tamen si attentiùs rem expédamus, facilia videbuntur. [Terribilis (inquit) aut formidabilis, vt castrorum acies ordinata.] Quæ verba nō ad exercitus referenda sunt, cùm in procinctu extant, vt cùm hoste conservant manus, vt quidam inepti putarunt, sed iuxta verborū proprietatem ad castra sint referēda, in quibus milites versantur, cùm statua faciunt. Quæ loca tutissima eliguntur, atque aggeribus muniuntur & fossis, nè exercitus ipse sine aliqua munitione cōsiderat: ita vt militibus vel in parandis cibis occupatis, aut alia munera subcunda dispersis, facile illis nestantur insidię. Obreamq; rem iubent periti rei bellicæ, in metandis castris locus eligatur bonus, cui neque per æstatem, aut aqua morboſa in proximo, aut salubris aqua sit longius hyeme, ne pabulatio desit, aut lignorum copia: nè subitis tempestatibus campus in quo manendum est aquis intundet: ne sit in abruptis ac deuijs, & circunsedentibus aduersarijs difficilis præstetur egressus: nè ex superioribus locis missa ab hostibus in eum tela perueniat. Tum de pulchritudine castrorum, multa ab illis obseruantur. An scilicet castra quadrata, vel rotunda, vel trigona, vel oblonga constituenda sint, vt

forma & decore præstent, & hostibus appareant formidabiliora. Muniantur autem castra multis modis. In unius noctis tralitū sublato cespite circundantur, & aggerem faciūt milites, supra quem valli, hoc est, sues, vel tribuli lignei per ordinem digerūt. Statua castra, hoste vicino, maiori labore ac cura firman-  
tur. Nam scutis vel sarcinis in orbē depositis, cincti gladio fossam ap-  
riunt, interpositis stipibus ramisq; arborum, nè facile terra dilabatur. Eriguntur ad similitudinem maris pinnae, & propugnacula: tribuni cir-  
cūcunt, neq; antea discedūt, qui stre-  
nui sūt, quā fuerint omnia perfecta:  
vigilię cōstituuntur in quatuor par-  
tes ad Clepsydram distributę: e-  
quites extra vallum nocturnas ag-  
unt excubias. Quæ omnia istuc tē-  
dunt, & vt castra hostibus appa-  
reant formidabiliora, tum vt mili-  
ties securè agant. Voluit itaq; Spon-  
sus ostendere his verbis, quanta fie-  
potentia spiritus, qui Sponsam du-  
cit & moderatur: quanta sit securi-  
tas eorum, qui eodem ducuntur spi-  
ritu, & intra castra ista & munitio-  
nes agunt. Quæ vt apertius intelligas, Christianè lector, attende quæ dicta sunt ab Sponso de castris, sumpta ab ipso sītu, & dispositione ciui-  
tatis Ierusalem. Quæ, quemadmodum castra cespite, trabibus, fos-  
sa, lignis muniuntur: ita etiam & ci-  
uitas illa, instar castrorum, vndiq;  
erat munita: obreamque rem magna  
erat ciuium securitas, hostibusq; &  
aduersarijs nimium formidabilis ci-  
uitas ipsa. Hoc celebrat regius Va-  
P. 1.15  
tes, scilicet & ciuitatis Ierusalē ma-  
terialis securitatem, robur & poten-  
tiam: tum & Sponsæ, quæ vera est  
Ierusalem, certam confidentiam  
& robur spiritus. Qui confidunt in

Q. 2 Domi-

Domino sicut mons Sion, non cōmouebitur in æternū qui habitat in Ierusalem. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. Magna debeat esse fiducia ciuitati huius ciuitatis, magnū est robur, & potentia. Non secus atq; rupes Siō, quæ hostibus est inaccessibilis, instar castrorum optimè dispositoru. Quemadmodum autem urbem Ierusalem mōtes cingunt, & muniūt, sic Deus etiam cingit, & munit populū suū, & ciues huius ciuitatis, qui Fide, & Charitate nituntur. Formidabilis est ciuitas illa instar castrorum (vt diximus) ita etiam & ciuitas ista & sponsa. Non magis secura, nec magis terribilis hostibus Ierusalem ciuitas mōtibus cincta, nec magis defensa, quā sit populus Dei, ceterusque iustorū, vera summi Dei sponsa. Montes illi, qui ciuitati Soli-  
anorum sunt pro muro, quamuis cōcutiantur, nullis tamen quatentur casibus: neque sponsam Christi & iustos homines vlla calamitas præme-  
re possit. Quemadmodum enim cī-  
gitur illa instar castrorum suis mō-  
tibus, sic & Deus cinxit populum  
istū, & virtus & robur spiritus. Qua-  
re, non relinquet Dominus virgam  
peccatorum, hoc est, sceptrum & im-  
perium illorum in homines iustos  
& pios seuire: quin potius tanta e-  
runt securitate, vt impijs etiā appa-  
rēt formidabiles. Iā verò. ps. 48. cō-  
mendat ciuitatem illam materialē  
à loco, situ, vt castra solent commē-  
dari, & à religione, propter quam  
sponsa Christi formidabilis reddi-  
tur: & à rege magno siue Monarcha  
Deo, qui propter res gestas magnus  
Monarcha posuit appellari. Hunc  
semper prōptum defensorē exper-  
ta fuit ciuitas illa: multo magis ve-  
ra sponsa aduersus omnes hostes &

Psal. 48

impugnatores impios. Nam vt olim Ammonite regnante Dauid, & Ethiope regnante Assa, & regnante Iosa-  
phat, collectis copijs oblederunt, &  
<sup>1. Para.</sup> oppugnauerunt cain, egregieq; fuc-  
<sup>29. 20.</sup> runt experti potentem manū Dei,  
qui eos conterruit, & prostravit, &  
tempestuosus ventus naues disper-  
fit, & confregit: ita etiam & Eccle-  
sia hostes perpetuò superabit, for-  
midabilisq; semper erit, propter po-  
tentiam spiritus sponsi. Nā vt olim  
reges illi obstupecerunt & conterri-  
ti sunt, & metu præcipitati: sic etiā  
Ecclesie hostes & iniicii siue visi-  
biles sint, siue inuisibiles, illam vche-  
mentē reformidant. Quarū unde  
nascatur tanta potentia? nēpē ab eo  
quod sponsa similis est Tirza, hoc  
est, à fauore Numinis.

*Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me  
auolare fecerunt. Capilli tui sicut  
grex caprarum, que aparuerunt  
de Galad. Dentes tui sicut gress-  
ovium, que ascenderunt de lau-  
tro, omnes gemellis fætibus, & ste-  
rilis non est in eis. Sicut cortex ma-  
lipunici, sic genae tuae absque oculi  
tistis.*

Rerunt præstantes philosophi,  
Platonici maxime, & Pytagori-  
ci, qui amoris naturā & proprieta-  
tes inter ceteros exactius inuestiga-  
runt, nullā esse inter ceteros sensus,  
aut inter reliquias corporis partes, si-  
ue ad excipiendā amoris vim, siue  
ad infundendā, quę cū oculorū acie  
possit conferri. Oculis enim homi-  
nes, quemadmodū aliorum animos  
& corpora consuant, ita etiam,  
& grauissima & periculosa amoris  
excipiunt vulnera. Obreamque rem  
oculorum custodiam vehementer  
necessariam affirmant, ei, qui vicit  
amoris

amoris regitudines nunquam in-  
currere, & deterrimūm morbum, &  
pestilentem effagere rabiēm. Spon-  
sus proinde si naturam rerū obser-  
vares, nihil ad res amatoria exponen-  
das potuit dicere, vel elegantiū, vel  
accōmodatiū, quam: [ Auerte oculos  
tuos à me, ô charissima Spōsa.]  
Nam pertinent hæc verba ad amo-  
ris magnitudinē & excessum, & mi-  
ro explicant artificio, quæ sit amo-  
ris natura & proprietas, & quibus  
corporis partibus ægritudinē, istā  
hauriamus, & accipiam⁹ vulnera, &  
ceteris infligam⁹. [ Auerte (inquit)  
oculos tuos à me, ipsi enim me auo-  
lare fecerūt.] Ita enim natura cōpa-  
ratum est, ut qui verè amant, amati  
aspectus & oculorum acies perti-  
nēcant, magnopereque venientur:  
quod, & fortibus hominibus &  
sapiētibus accidit, ut timores, & ter-  
rores, cotam inferioribus quos vehe-  
menter amant, patientur. Nō enim  
humatum est quod eos frangit, q  
occupat (nā humana vis in fortiori-  
bus sapientioribusque semper est  
excellentior) sed effigies illa diuinæ  
venustatis, cuius scintilla emicat in  
formosis, quasi Dei simulacru: quo  
fit, ut amates obstupescāt, cōtremit-  
sāt & res amatas vencent, & timeat,  
tamen si inferiores. Sponsus iraque  
quasi homo aliquis esset, qui Spon-  
sam charissimam deperiret, rogar-  
et quasi graui timore compulsus, auer-  
tat ab eo oculos, quoniam: [ Ipsi (in-  
quit) me fecerūt auolare.] Quo ver-  
bo expressit vim istā & efficaciam  
amoris. Ut sit sensus. Eadem ipse pa-  
tior, quæ solent amantes, non sum  
mei compos, totus sum extra me  
ipsum, tuis oculis me mihi subri-  
pis perperuo: suspiro, gaudeo: sic e-  
nim solent amantes, calent enim  
aliquando, & vicissim frigent, instar

eorum, quos tertiana febris inuadit:  
timidi sunt, audaces: nam frigidita-  
tem timor, caliditatem audacia se-  
quitur. Quod igitur inquit: [ Ipsi me  
fecerunt auolare:] pertinet maxi-  
mè ad exprimendas perturbationes  
amantiū, cū verò dixit: [ Auerte o-  
culos tuos à me] satis ostendit, quæ  
sit origo, primusque amoris fons.  
Quanta ergo sit vis amoris, satis o-  
stenditur, quādo Spōsus Deus O.M.  
præ magnitudine amoris, inquit:  
[ Auerte oculos, &c.] Amor enim  
ad eū potens est, ut nō solū de homi-  
ne, verū etiā, & quod amplius est, de  
Deo triumphet. Nā ad amoris ma-  
gnitudinem & excessum pertinet,  
quodd. oculi Spōsæ Spōsum extra-  
se rapiant, & afficiant: ira, ut huīna-  
no more loquendo, sui sit impos.  
Quales sint Spōsæ oculi, satis su-  
perque à nobis in superioribns fuit  
declaratum. Nam siue sit ipsa spiri-  
tualis hominis prudentia, quæ in-  
ter ceteras virtutes principem agit,  
siue sit ipsa operis intentio, qua vna  
in finē aliquos res omnes dirigun-  
tur, omnesque actiones in finem ali-  
quem destinantur, parum refert.  
Sed & de oculis fidei locus possit in-  
telligi. Nam quemadmodum pru-  
dentia ceteris virtutibus moralib-  
us, ita etiam & fides omnibus vir-  
tutibus inspiratis lucem infundit, &  
claritatem, & se ducem præbet, &  
viā munit & aperit. Quod igitur in-  
quit Sponsus: [ Auerte oculos tuos  
à me,] non ira est intelligendum  
quasi prudentia spiritualis hominis,  
aut fides ipsa, qua vna divina insue-  
inur & contemplamur, sint penitus  
e nostris pectoribus diuellendæ,  
aut penitus profligandæ, quasi vir-  
tutes istas prudentiae siue fidei, Spō-  
sus aut fastidiat, aut odio prosequa-  
tur: quin potius ad exprimendam

Q 3 amo-

amoris magnitudinem dictum existimemus, Spōsa auertat oculos ab Sponso, quod illum vehementer obtauant. Nec mirum est, si his oculis, nempe fidē & Christiane prudentiae, Sponsa Sponsum vulneret, ita ut Sponsus extra se auoleret. Nam una fuit semper virtus Fidei à condito orbe, quæ Sponsum Deum gratissimo amoris morbo velutivulnabat, & extra se ipsum rapiebat. Vide quæ concesserit beneficia fidei sanctissimi Enoch, Noe, quid vero sanctissimo patrio che Abraham?

<sup>Gen. 13.</sup> <sup>Cea. 13.</sup> <sup>14.</sup> Filium concessit in senectute grandeo iam ac penè exhausto: hostibus illum fecit formicabilem: diuitem fecit & opalētūm & illius femen & posteritatem multiplicauit super arena quæ est in littore maris. Sed & illud pertinet ad amoris vulnus, quod cùm ciuitate in amplissimam Sodorum funditus subvertendam apud se statuisset, dixit. Nunquid celare potero Abraham

<sup>Gen. 18.</sup> quæ facturus sum? Et tandem abstrusiora mentis consilia illi aperuit. Facile enim solent amantes in amati sinus refundere quæcunq; cogitarint. Perpende quanta donauerat Isaac, Iacob, exterisque patriarchis inuenies Sponsum, amantium more, quasi amoris morbo corruptū illorum oculis sive fide multa fecisse, quæ solent vulgares amantes. Di

<sup>H.b. 11.</sup> ligenter considera, quæ Paul. ad Hebreos. 11. scripsit: quo loco fidē multis præconijs celebrat. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt recompensationes &c. Inuenies, neminem potuisse, tamplacita, tamq; magnifica beneficia Sponsæ contulisse, nisi qui morbo & ingratitudine amoris, & graui morbo corriperetur. Sed sunt hæc quæ diximus veluti imago quedam, ac

tenuis umbra carum rerum, quas & magnificè & liberaliter fecit Spōsus, postremis temporibus Spōsæ oculis consuauit. Nullum sane potuit esse meritum incarnationis diuini Verbi, quemadmodum sacri prodidere autores. Nam stultum est credere opus aliquod humanum egregium surse adeo, atque diuinum, ut ad magnitudinem & amplitudinem tanti beneficij pertinere. Vincuntur enim omnia humana opera, iacent humana merita, si cum stupendo illo opere incarnationis Verbi conferantur. Itaq; cum alia sit meritorum series, alia vero diuinæ bonitatis & indulgentiæ: opus illud munificum, ea serie consti tuendum est, quæ ad bonitatē Spōsi & liberalitatē pertinet. Est itaq; opus illud extra meritum omne: & tam si quispiam à me postuleret aut exigat: quid potuit esse cause, quod Sponsus extra se euolans, in nolitā descendere infirmitatem? Aut quo nam morbo laborabat, cùm à tanta maiestate, non detracauerit, in nostram utilitatem descendere? Laborabat quidem amore, & veluti dilectione egrotabat, nam opus illud est dilectionis ingentis, docet inter ceteros Ioan. Euag. cum inquit! Sie <sup>Ioan. 13</sup> Deus dilexit mundum; &c. Quibus autem oculis Sponsa ab orbe condito Sponsum vulnerauerit, ita ut ea quodammodo pateretur, quæ solent amantes: crediderim sane, oculis fidei potissimum illum vulnerasse. Non quod meritum fidei ad magnitudinem beneficij potuisset accedere, sed quod tanti semper fecerit Sponsus oculos istos Sponsæ, ut inter ceteras virtutes, fidei Sponsæ potissimum seipsum donauerit: fidei nobiles illas pollicitationes & promis siones fecit de veniuro isto beneficio:

cō Fidei donauit oracula & vaticinia de futura ista felicitate. Sed Spō  
 sū oculis istis Spōle & fascinatū fuis  
 se, & extra se quodammodo consti  
 tutum, aut auolasse (vt ipse inquit)  
 iatis intelliget qui verba illa Pauli  
**Pby. 2.** na altiori mente pertractauerit: Nō  
 rapinam arbitratus est, esse se equa  
 lem Deo, sed semetipsum exina  
 niuit, formam serui accipiens, &c.  
 Is exinanitus censendus est, qui eo  
 videtur carere, quod sibi natura co  
 perat: quemadmodum nucem dici  
 mus exinanitam, quæ careat nu  
 cleo. Eadem opera, & tituli illustres  
 diuinitatis Christo, propter diuini  
 tatis naturam congruebant, & tamē  
 ipso incarnationis opere adeō extra  
 seipsum auolauit, vt fuerit quodam  
 modo exinanitus. Titulos enīm di  
 uinitatis natura sibi debitos, taintet  
 si non amisit, occultauit: vt iam ho  
 mo appellaretur mortalis, passibili  
 lis: quibus omnibus, nullus fit adeō  
 stupidus, qui non intelligat, Spon  
 sum extra se auoluisse, oculis Spō  
 sae & aciebus fidei quodammodo  
 consuauit. Sunt quivelint locum  
 ita vertendum iuxta veritatem He  
 braicam, Auerte oculos tuos, nē me  
 recte intueantur, quia me superbio  
 rem faciunt. Habet Hebreæ יְהוָה  
 קָדְשָׁךְ שְׁחַתְּךְ וְיִבְנֶנְךְ Quorū  
 interpretatio, si nobis probetur, pos  
 simus & sensum eruere huius loci &  
 gratissimum, & literæ etiam accom  
 modatissimum. Docet itaque diu  
 ina Scriptura, Paulus præsertim, di  
 uina omnia adoranda quidem esse,  
 neque à nobis curiosius perseru  
 tanda. Nam, cūm propter imbecilli  
 tatem nostræ rationis & mētis, tum  
 propter rerum magnitudinem &  
 sublimitatem, facile in contempla  
 tione illarum rerum nostri inge  
 nij acies retundatur. Obcamque

rem hortatur interdum diuina Scri  
 ptura cohendam esse mentem &  
 auocādām à curiosa diuinarū rerū  
 contemplatione. Duplici ergo ra  
 tionē humanus animus Sponsum  
 possit intueri, quasi dicas, illius ma  
 gniitudinem & sublimitatem con  
 templari. Nunc quidem directe a  
 ciem mentis in naturam Sponsi in  
 tendendo, nunc trāsuersē & veluti  
 per cēniginata, & medium calliginē  
 illius maiestatem considerando. Er  
 gō cūm quispiam Spōsi res contē  
 platur curiosius quam pat sit, & re  
 rum sublimitas postulet: directe  
 intuetur Sponsum: cūm autem con  
 siderat aliquis, & contemplatur  
 ipsas Sponsi res (prout nobis est in  
 literis sacris reuelatum) fidei cogni  
 tione contentus, diuina tantum or  
 acula adorans, atque suspiciens, is,  
 inquam & Sponsum intuetur quē  
 admodum oportet, & magna qua  
 dam, & incredibilia ipsa contem  
 platione assequetur. Iubet proinde  
 Sponsus, nē charissima Sponsa il  
 lum directis oculis intueatur. Nam  
 qui velit ista ratione Sponsum in  
 tueri: & oleum (quod aiunt) & ope  
 ram perdet, & vano & stulto labo  
 re consumetur. Nam hæc inuere  
 cundæ frontis audacia & humanæ  
 mentis impudentia Sponsum effi  
 ciunt superbiorē. Nam qui scruta  
 tor est illius maiestatis non solum

rou. 25

opprimetur à gloria: verum etiam  
 inanes humanæ mentis conatus ab  
 Sponso reprimuntur. Nam solet  
 ille superbias mentes & arrogantes  
 à suis cogitationibus depellere. Ne  
 itaque Sponsa contentionem istam  
 rerum diuinarum studio suscep  
 ret, vehementer illam dehortatur,  
 dicens: Nē directe illum contue  
 tur, &c. Duplex enim cūm sit di  
 uinarum rerum cognitio, quarum

Q 4 altera

altera fiat per speculum & in tenigmate, altera verò facie ad faciem, habet utraque cognitio opportunum tēpus: quas si in idem tempus vellis detrudere, ipsarum rerum naturā perturbabis. Paulus Aposto.  
 i. Co. 13 virumque cognitionis genus nobis proponit. Ex parte (inquit) cognoscimus, & ex parte prophetamus. cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus: quando autem factus sum vir, evanesci quæ erant parvuli. Videmus nūc per speculum in cœnigmate, tunc autem facie ad faciem. Ecce duplē cognitionem, quarum altera, diuinis oraculis nobis proponitur mortali ista vita amplectenda: altera verò in id tempus est releganda, quando Sponsum cognoscemus sicuti est. Velle itaque Sponsum, dum in carne versari, intueri facie ad faciem, siue directe, summa sit impudentiæ, postremque vesaniæ: quæ admodum si suprema illa felicitate, hoc secum statueret quispiam, Sponsum videre per cœnigmata, cum nullus iam erit fidei locus. Sunt ergo singulæ visiones suis coaptandæ temporibus, alioquin omnia perturbabimus. Vnde, & Paulus Aposto, eos omnes, qui in carne versantur, parvulos appellat: eos autem qui exuta iam mole corporea rectâ ad Sponsum contenderunt, appellat viros. Stratum autem esset, & dedecoris plenum, si qui vir est, matura iam ætate constitutus, lusus & ineptias & nugamenta puerorum amplecteretur: neque minus aduersaretur naturæ, si puer aliquis, aut qui infantiam nondum excessit, virorum functiones & munia subire contendet. Habet enim singulæ xerates sim-

gula officia, actionesque sibi à natura destinatas, quas si præter gredi velis, toram conculeris naturam. Cum essem parvulus, inquit Apost. &c. Parvula ergo est sponsa interim, quod in carne versatur: pueritiam autem & infantiam excedet, cum ad maturam accesserit ætatem, hoc est, cum exuta mole corporæ sponsum videbit sicuti est. Cum parvula est sponsa, per fidem & in cœnigmate sponsum intueatur (est enim isthac cognitio pueritiae ac infantiae propria & peculiaris) cum ad virilem accesserit ætatem, sponsum directe intueatur, & facie ad faciem. Sétiet alioquin suo malo spōsum superbum: quasi dicas, indigna bundum & irritatum, & animo cōmotum, Quo circā inquit: [Auerte oculos tuos à me, ne directe me intueatur, &c.] Quod autem facilius intelligantur quæ diximus, exemplo ex sacris literis, de promptorem aperiāmus. Diuinis oraculis nobis proponitur credendum, sponsum omnia ex nihilo condidisse: id quidem per speculum & in cœnigmate credere, & iubet sponsus, & ratio ipsa postulat: Directis autem oculis velle intueri mysterium hoc, curiosiusque inuestigare quomodo id fecerit sponsus, qua ratione, qua via, hoc sane est sponsum ipsum directe intueri. Proponitur nobis credendum & adorandum Trinitatis mysterium, prædestinationis, & electionis diuinæ, incarnationis Verbi, nativitatis inefabilis: iubet sponsus, sponsa hec omnia adoret, veneretur, fide cognoseat, contempletur in cœnigmate, & per speculum. Nam in his rebus, quæ prorsum excedunt captum nostræ mentis, modos exegitare, ubi nullus est modus, & rationes

**Ioan. 1.** rationes metiri, ubi nulla est men-  
tura, dicens prorsum sit, atque  
stultum. Proponit nobis Euange-  
lista Ioann. quoniam in princi-  
pio erat Verbum, & Verbum erat  
apud Deum, & quoniam verbum  
caro factum est, qui directe intuetur  
Sponsum, statim incipit inuesti-  
gare, quæ sit ratio incarnationis,  
quomodo potuerit humana natu-  
ra diuinæ coniungi. Contemplatur  
autem res istas ut oportet, qui  
cogitat, quoniam oportuit eum,  
qui remissionem peccatorum de-  
buisset facere, Deum esse. Non v-  
ti pontifex in lege, qui laminam  
auram ferebat fronti affixam, cui  
erat scriptum nomen Dei: ut sit (in-  
quit) placatus ei Dominus: quo si-  
gnificabatur, in Pontifice Christo  
fore diuinitatem, propter quam  
Christo homini hoc est vniuerso  
illius corpori mistico placaretur  
Deus. Hæc igitur omnia, & alia  
id genus multa, qui considerat di-  
uinæ res, intuetur ut cupit Spon-  
sus. Nam si facie ad faciem intue-  
ri velit Sponsum, sentiet commo-  
tum & indignabundum. Nam ab  
ista curiosa inuestigatione plerun-  
que innumeræ nascuntur errores.  
Contenta itaque sit Sponsa, inte-  
rim quod in terris versatur, illo  
cognitionis genere, quod per enig-  
ma & per speculum est. Hæc enim  
cognitio diuinis oraculis no-  
bis proponitur amplectenda. Tri-  
plici enim ratione rem aliquam co-  
gnoscere contingat. Aut sui præ-  
sentia, quemadmodum lucem gra-  
tissimam intuemur, nullo inde si-  
mulacto deriuato. Possimus &  
speciebus ab ipsis rebus acceptis,  
& per aërem diffusis, nostris le-  
culis ingerentibus & insinuantibus.  
Atque hic est communis vulgaris

quæ modus agnoscendi interim,  
quod in carne versamur. Aut simi-  
litudine quadam non immediatus  
à rebus ipsis accepta, sed ab alia re  
longè diversa, cui inhæsit ipsa rei  
similitudo sive simulacrum: quem  
admodum cùm quidpiam in specu-  
lo intuemur. Prior ergo illo mo-  
do, exusta scilicet cognitione & na-  
turali, solus Sponsus ipsum in-  
tuetur directe: quod in eo & in  
selectus & essentia idem prorsus  
sint. Secundo autem modo, ange-  
li spiritusque beati Sponsum in-  
tuentur; in quantum ipsa diuinæ  
essentiæ similitudo expressa in cis-  
emicat, & refulget. Nos verò diuina  
cognoscimus, & per speculum & in  
enigmate. Per speculum quidem,  
quoniam inuisibilia Sponsi per ea Rom. 12  
quæ facta sunt intelligimus. Nam  
& creaturarum vnuersitas & ordo,  
& concentus & magnitudo, quo-  
dammodo nostris oculis obijciunt  
diuinarum rerum species qua-  
dam, quemadmodum fit in spe-  
culo. Ceterum præstantia illa ex-  
actiorque cognitione diuinarum re-  
rum in vita ista mortali, per eni-  
gma est: obscura inquam & cali-  
ginosa. Nam fides ipsa diuinæ res  
nondum aperte proponit contem-  
plandas. Quæ visio magna cum  
proprietate à Paulo enigmatica  
appellatur. Est enim enigma per-  
obscura quedam sententia, cuius  
germanum sensum vix possis e-  
ruere: quemadmodum enigma il-  
lad de glacie: me mater genuit,  
quæ quidem gignitur ex me. Et  
Samsonis illud, De comedente e-  
xiuit cibus, &c. His ergo duabus  
cognitionibus contenta debet es-  
se Sponsa: reliquum omne stu-  
dium collocandū est in componen-  
dīs moribus & reformatiis affe-  
**Q. 5.** cibus

**C**ribus. Ceteri versus superius sunt à nobis expositi cap. 4.

**S**exaginta sunt regiae, & octoginta concubinae, & adolescentularum. **O**mnius non est numerus. **V**na est columba mea, perfecta mea, una est maria tris sua, electa genitrici sue.

**R**ABBI Salomon, magna inter Hebraeos autoritatis, sic locum interpretatur, ut per sexaginta reginas, posteros Abrahæ intelligat, Isaac & duos eius filios, Ismael & duodecim liberos, filios etiam quos de Cethura suscepit, & filij Iacob duodecim, & filij Esau decem & sex; octoginta concubinæ, octoginta illi qui numerantur à Noë, vñque ad Abrahā exclusiū: que inadmodū ex priori libro Paral. constat Reginas itaque appellat, eos qui ab Abraham descendebant, propter fidei magnitudinem: & ideo exprimuntur nobiliori nomine, quam qui à Noë originem traxerunt. Adolescentulas autem appellat cognationes omnes & gentes, quæ ab his, quos superius cōmemorauimus, descendedunt. De quibus inquit: [Non est numerus,] Quæd gentes illæ cū à Noë, tum ab Abrahamo descendentes innumeræ essent & infinitæ. Ex his itaque omnibus vnam elegit Sponsam, populum scilicet Israeliticum: quem sibi per circuncisionem, leges, & sacrificia despontauit. Quemadmodum autem iam inde à prisca illis temporibus, vnam elegit Sponsam ex multis gentibus, ita etiam & ex multis ciuitatibus populi Israelitici, vnam ciuitatem ubi elegit Jerusalem, totius regni

metropolis, vbi esset totius religio nis pondus, vbi sacrificia, oblationes, ea denique omnia, quæ ad externum cultum pertinenter. **Q**uemadmodum ergo sacri vates frequenter solent opida, ciuitates, & municipia totius Israelitici regni filias Jerusalēm appellare: ita etiam arbitrantur quidam, ciuitates præcipuas, reginas appellari: concubinas & adolescentulas, oppida non adeò illustria aut nobilia: inter quas eminebat ciuitas Jerusalēm, non secus atque filia Pharaonis olim inter exteras vxores & adolescentulas, quas habuit Salomon innumeræ. Perpetuò Sponsus vnam selegit Spōsam, vnam columbam tum ex gentibus, tum ex ciuitatibus: & ex ciuitate ipsa templum celeberrimum, vbi externa fidei professio, & exterius etiam adhiberetur cultus. Sunt qui velint locum interpretandum, de reginis, de concubinis Salomonis, & de vxore, filia scilicet Pharaonis: quod mihi non adeò improbat, quamvis non nulli tanquam falsum, & literis sacris indignum, rationique dissentaneum reiijcant. **Q**uorum ratio est. Quid possit (inquiunt) habere committij, Salomonis profusissima libido, viles muliereuix, & petulantes, cum ea animi pietate, quam à nobis postulat spiritus Dei in literis sacris? Cūm innocentia & integritate vitæ? Salomon autem, præsenti epithalamio, de rebus cœlestibus ac plane diuinis disputat: impudenter ergo hic commemorasset antiqua scelera, & libidinem perditam, & ignobiles & viles mulierculas, quod erat fugiendum. Sed decipiuntur isti meo iudicio. Nā tametsi graui flagitio & scelere se cōtra minarit

minarit Salomon; eum muliercudas illas deperire: nullus tamen ambigere polsit, frequenter in literis sacris grauissima quæque flagitia & atrociora scelera arcanae continentur & impudicas fœminas pertulantes nō sine magno mysterio à sacris & cationicis autoribus diuinis literis comprehensas. Multa mentione est de Thamar muliere peccatrice, & alienigena, cuius flagitiū & libidinē sacra Scriptura retinere vult. Cōmemorat Raab meretricem Ruth, Bersabe, scelere illustres fœminas. Quēadmodū igitur historia faceta non designatur illarum facinora & peccata commemorare, & sacris literis insertere: nihil etiam mirandum erit, si Salomon vnicā uxore summa dilectam, tū & cōcubinas cōmemoret præsentī carmine. Illud enim obseruatū inuenio à viris doctissimis, sacrarū literarū interprētibus, Deū O.M. res ipsas & quæcūq; humanas actiones, sive honestas, sive cum dēdecore & flagitio coniunctas ita posse instituere ad quidpiam significandū & exprimendū, quemadmodum homines publico consensu solent voces instituere. Homines enim non ita possunt res ipsas instituere, ut aliquid significet que nadmodum voces. Hæc facultas solius Dei est, qui res ipsas condidit, qui gubernat, dueit & moderatur. Quo circa res omnes, operationes quæcunq; præclare gesta, in veteri testamento, sacrificia, oblationes, & res futuras significabant, non quidem suapte natura, sed sola divina institutione. Vnde & congressus ille impudicus inter Iudam, & Thamar, tū & libido & vita contamina Raab meretricis, ceteraq; id genus alia, sua referebant arcana, & mysteria ventura de coniunctione

Christi cū Ecclesia, quæ ex gentibus potissimum debuisset cōstare. Qui igitur potuit impudicis mulierculis, & illarū etiā sceleribus res futuras ex primere, & significare, nōne potuit reginis, concubinis, adolescentulis (quas ad explēdas suas libidines Sa; Reg 3 Salomon habuit) tū & uxore vnicā filia Pharaonis, futuras res significare? Nā si quidpiā impediret, maxime, aut Salomonis scelus, aut illarū petulatia, aut libido, aut false & profanæ religiones quibus teneretur. nam ex omnibus pene regionibus circumiacentibus Salomon sibi pulcherimas, ac venustissimas fœminas selegerat, referente sacra historia. Sed peccatum & scelus non impedit, quominus res sacras p̄figurēt. Illas verò omnes ex gentibus idolatrias ascitas in regis consortiū, adeo nihil impedit, ut potius videatur contingere arcanum. Nam quemadmodum innumerā pene uxores ex alienigenis gentibus, & fœminas dignitate forme præstantes ex Amonitis, & Moabitis delegit Salomon: ita etiam & verus Sponsus ab ipsis gentibus innumerā pene multitudinē in suā gratiam & amicitiam accepit. Et quemadmodū filia illa Pharaonis, ut matrimonio regis copularetur, & regis Salomonis frueretur amplexibus, Ægyptum reliquit, imo & falsas & perniciose religiones reiecit, ut quidam arbitrantur: ita etiam & vnicā sponsa Christi, Ecclesia scilicet, ut Christū sectaretur verū Spōsum; Ægyptum reliquit, antiquā scilicet peccandi consuetudinem: & mores perniciosos & impias religiones, & peregrinos deos prorsum contempsit. Vnde & vndeceimus ille versiculus psalm. 45. iux-Psal. 45: ta suppurationem Hebræorum, de filia Pharaonis quidam interpretantur,

tantur, Audi filia & vide, & inclina  
acrem tuam, & obliuiscere populū  
tuū, & domum patris tui. Hortat-  
tur enim vxorem ipsam, quæ typū  
gereret futuræ Ecclesiæ, ut probe  
intelligat, & aure excipiat prona,  
quæ de Dei bonitate & cultu illi  
tradebat, & vt impiæ gentis atq; ori-  
ginis obliuiscatur: ut his omnibus  
rite perceptis, meritò se totā Deo di-  
caret, populo Dei penitissimè iuncta.  
Nam vt à nobis est annotatum bre-  
ui illo proemio in canticū canticorū,

**Psalm. 44.** psalmo 44. illo, I scheme amatorij  
carminis, sumpta figura, loquendi à  
Salomonis aula, & administratione  
domus regiae, celebrantur futuræ  
nuptiæ, & amores inter Christū &  
Ecclesiā, sub typo filiæ Pharaonis,  
& Salomonis regis Israēl. Tū multa  
mētio de cōcubinis ipsis, & reginis,  
& adolescentulj: Filie (inquit) Tyri  
in muneribꝫ vultū tuū deprecabun-  
tur, &c. Omnis gloria eius ab intus  
in fimbrijs aureis. Et adducentur re-  
gi virgines post eā: ut intelligas, quæ  
admodum filia Pharaonis, & vnicā  
illā reginā in interiori sēper regia,  
regi semper proximā sedisse aureis  
vestibꝫ ornatā: reliquas vero omnes  
fœminas & pueras, illius fuisse so-  
dales & pedissequas. Christus ergo  
verus Sponsus vnam habet uxorem  
primam atque præcipuam, magni-  
ficè decoratā, & ab aliena gente &  
peregrina sibi ascitā. Uxores quidē  
habet, & adolescentulas: eas animas  
scilicet quæ non oīa mūdi oblecta-  
mēta plane respuerunt, seseq; totas  
addixerūt Christo: quæ tamē & ipse  
Christi complexibus fruuntur, &  
cognitione & amore: verā tamē  
reginam semper sectantur, donec  
& ipse ad illius sortem grandescāt.  
Paulus: Donec occurramus omnes  
in virum perfectum, in mensuram

ætatis plenitudinis Christi. Nec me  
inquiet, quod quidem putant invincibile  
argumentum, quod hic nu-  
merus reginarum, concubinatum,  
non fatis videatur consentire, cum  
eo numero, qui haberetur. <sup>3. Reg. vo-</sup> <sub>3. Re. 11</sub>  
lumine, de uxoribus & concubinis  
Salomonis. Nam familiare est Hd-  
bræis, hos numeros pro alijs usurpa-  
re, quemadmodū & Christus R.N. <sup>3. Re. 3</sup> <sub>Matt. 12.</sub>  
septuagies septies dixit, pro innume-  
ris viibꝫ: & Salomon, septies in  
die eadit iustus. Et Ioān. in Apoc. <sup>7. Pro. 24</sup>  
Duodecim millia signati. Vnam au-  
tem appellat columbam, ut intelligi-  
cat, Sponsam zelotypum esse. Pau. <sup>Eph. 1.</sup>  
ad Ephe. Elegit nos, ut essemus san-  
cti & immaculati in conspectu Dei.  
Perfectam autem appellat & ele-  
cta: Nam vt Paul. ad Rom. 8. Quot <sup>Rom. 8</sup>  
prædestinavit & votavit, hos iusti-  
ficauit. Obeamque rem, illos perfe-  
ctos fecit, & consumatos, & magnifi-  
casbit eos aliquando & glorificabit.  
Quod autem eam appellat vnicam  
matris, & electam genitricis, verba  
sunt amatoria, blanda & dilectio-  
nis plena, Hispanæ, (La querida de  
su madre y regalada.) Matrem au-  
tem appellat, vel diuinitatē ipsam,  
vel potius Dei gratiam & benevolen-  
tiam.

*Viderunt eam filii, & beatissimam  
predicauerunt: Regina & concu-  
bine, & laudauerūt eam. Quæ est  
ista quæ progreditur quasi aurora  
consurgens, pulchra ut luna, ele-  
cta ut sol, terribilis ut castorum  
acies ordinata?*

**S**oleat Scriptura sacra à rebus to-  
ta natura præstantissimis decla-  
rare amplitudinem & sc̄licitatem  
pulcherrimæ Sponsæ. Et quoniam  
inter res conditas astra cœlis mihi  
tia mortaliū animos suspensos

tenent,

tenent, & in sui rapiunt admiratio-  
 nem, interdū Spōnſe ſcilitatem a-  
 ſtris aſſimilat & lumini: q̄ inter cæ-  
 teras res pulcherrimæ & venustiſſi-  
 mæ iudicetur. Tūc ( inquit scriptu-  
 ra) fulgebunt iuſti ſicut ſol. Et apud  
 Prophetā Danielē, cū agitur de feſi-  
 citate piorū hominū: Qui adiuſtitia  
 erudiūt multos, fulgebunt ſicut ſol  
 in ppetuas eternitatem. Et Pau. Apo.  
 de varijs piorū animorū ſcilitatis  
 gradibus diſputans, aiebat: Alia eſt  
 claritas stellarū alia claritas ſolis, &  
 alia claritas lunæ. Venustiſſima p̄ in  
 de ſimilitudine fingit Salomon cæ-  
 teras cæminas, adolescentulas, regi-  
 naſ, concubinaſ, Spōnſe amplitudi-  
 nem & ſcilitatē conſpitatas, stu-  
 pore veluti correptas, & in admira-  
 tionem raptas, dixiſſe: [Quæ eſt iſta  
 quæ progreditur quaſi aurora con-  
 furgens, pulchra vt luna, electa vt ſol,  
 &c.] Quæ autē ſint reginæ, cōcubinæ,  
 ſuperius fuit à nobis annotatū,  
 vbi de vniqa vxore selecta alijsq; fe-  
 minis diſputatū eſt. Quod ad intelli-  
 gētiā exactā hui⁹ carminis attinet,  
 reginæ, & cōcubinæ cæteras oēs gē-  
 tes appellat, quæ à piorū hominū ſtrī-  
 pe prodeunteſ, ad alienas & fallas  
 religiones proprio ſcelite & flagi-  
 tio declinarunt, & multi ſe cōtami-  
 narunt ſceleribus: quæ vidētes Spō-  
 ſe venustatē & pulchritudinem, vt  
 gentes olim perditæ & idolatræ, ve-  
 terē Spōnſam per deſerta loca pro-  
 cedente, inquiūt: [Quæ eſt iſta, quæ  
 ascēdit, &c.] Princípio, Spōnſam aſſi-  
 milat aurorę, ſecūdo loco, lunæ, ter-  
 tio, ſoli: quarto, caſtorū aciei admi-  
 rabili ratione ordinatæ. Et vt omi-  
 tamus priorē iſtā ſimilitudinē au-  
 rōrę venustiſſimā quidē eſſe, q̄ carmē  
 paſtoricū ſit, & paſtores ſolent dile-  
 etas & amicas & auroræ & cæteris  
 astris aſſimilare: quod ad ſenſus ar-

canos attinet, hac ſit a nobis ratione  
 explicandum. Ecclesia vera Christi  
 Spōnſa, ab orbe condito, non ſem-  
 per euīdē habuit ſtatū, neque can-  
 dem retinuit lucis copiam: nūc au-  
 rora perſimilis erat: nūc lucenti &  
 ſplendenti lunæ: nūc verò ſoli aſtro  
 rum fulgentiſſimo. Aurora quidē  
 erat, cū tantum naturæ legib⁹ du-  
 ceretur, & paucis quibusdā reuelationib⁹ & oraculis cōclitus demif-  
 ſis. De⁹ O. M. ante cōditas leges, que  
 cūque eſſent neceſſaria ad bene-  
 beateq; viuentium, chariſſimæ reue-  
 labat Spōnſe: & quoniam fides in  
 unū Christum Iesum erat neceſſa-  
 ria, huic negotio ſemper nauabat  
 operā, vt Spōnſa non ignoraret tem-  
 iſtam. Verūtamen quamuis veritas  
 ipſa, ante conditas leges, tanquam  
 aurorā gratiſiſima, & exoriens lux  
 in animos mortalium ſe inſinuaue-  
 rit: multò tamen maiora & expreſ-  
 ſiora ſigna & iñdicia huius veri-  
 tatis, conditis legibus complexus  
 eſt. Vnde ad Moſe in diſcebat aliquā Exod. 3:  
 dō. Ego sum Deus Abraham, Deus  
 Isaac, & Deus Iacob. Et nomē meū  
 maniſtatai eiſ. Nomē ſuū ap-  
 pellat (vt arbitror) ea omnia, que ad  
 exaciōrē cognitionē diuinarum re-  
 rū pertinerent: vnde naſcitur in ho-  
 minū animis ampliſſima quædam  
 x̄timatione & veluti cognitione diuini  
 nominiſ. Erat apud veteres illos ex-  
 terior cultus ad fidei professionem  
 neceſſarius, vt ſuperius obſeruauim-  
 uimus: ſed & cultus ipſe nō adeò fre-  
 quēs, neq; ad eā accedebat ampli-  
 tudinē, vt eū cultu legis Mosaicę de pa-  
 titate & amplitudine poruiffet cer-  
 tare. Erant ſacrificia, & oblationes,  
 erant altaria, preces, vota, cæteraque;  
 id genus alia; erant & vaticinia, &  
 prophetiae, ſed non adeò frequen-  
 tes, neque adeò aperite, atque poſt  
 con-

conditas leges: cū toto penē regno Iudeę nulla penē ciuitas esset aliqua memoriā digna, quæ non suos habet vates. Igitur quoniam Scriptura sacra solet, veritatem ipsam lumen seu lucem appellare, & ante conditas leges tenuis quædam imago lucis huius in hominum animos se insinuabat, quantum scilicet necessarium esset, ad tuendam vitam animi spiritalem, ut Fides, Spes, Charitas, mortalium mētibus excitarentur: primum pulcherrimæ Sponsæ statutum assimilat auroræ, cūm scilicet sol, veraquæ lucis ratio iam in vicino prospectat, nondum tamen gratissima lux hominum oculos protium oblectat. Forsan & auroram etiam appellat veteris Synagogæ statum, cūm ab Egypto egressa per deserta loca & squalida procedebat, nō dum instructa diuinis legibus: cū scilicet nondum accepisset diuina mā data, neque ipsa diuinæ mentis lux, illius oculis affulsiisset: cūm scilicet tantum duceretur quibusdam veluti introductionibus à Mose, imo ab Spiritu sancto ex cogitatis & inuenitis, ad erudiendum populum illum rudi(ut aiunt) Minerua. Humanus enim animus tantū videtur habere lucis, quantū à Deo optimo maximo infunditur. Obreamque rem nūc quidem luna, nunc aurora, nunc vero sol appellabitur, iuxta maiorem vel minorem huius lucis infusionē. Quoniam ergo per id tempus veteris Synagogæ, quamuis ipsa lucis ratio esset in vicino, exiguis tamē & tenuis lucis radius illius feriret oculos: iure auroræ assimilatur, qua prospectante gratissima lux mortaliū oculis se incipit insinuare. Nō tamen semper auroræ fuit similis pulcherrima Christi Sponsa: nam cūm ampliorem accepisset lucem,

lunæ assimilatur. [ Pulchra (inquit) vt luna.] Nam est luna inter cetera astra, vt nobis saltē videtur, luce & lumine multo ditione & opulentior. Nam (vt diximus) veritatis ampliorem cognitionem, appellant literæ arcane lucem, que in admodum tenebras & caliginem, veritatis ignoratiā. Paul. enim Apost. ea dem metaphora vñus inquit. Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu. Quo loco Paul. veritatis Christi Iesu ignorantias, tenebras appellat: eiusdē autē veritatis cognitionē appellat lucē. De qua re inferiō est à nobis disserendum. Sponsa igitur Christi Iesu cūm maiorem & apertiorē ali quantulūm veritatis notitiam accēpit, luna appellatur: quæ quamuis mendicatō luceat, & à sole multis varijsqué mutationibus lumen mutetur, inter cetera tamen astra & sydera (vt diximus) humani sensus iudicio, secundum obtinet locum inter ipsa lucis domicilia. Veterem itaque Sponsam lunam appellat: vt intelligas, Spōsam secundo illo statu maiorem & ampliorem lucis rationē accepisse. Nā in signū & veluti in argumētū huins rei( quod scilicet Synagoga diuinis legibus instruta luna esset) splēdida apparuit facies Moysi, & tenuis quædam lux illius vultu emicabat: adeò vt nō posse sent filij Israēl intendere in vultum eius. Lux illa quam facies Moysi recepit propter arctiorem cūm Deo in monte familiaritatem, quasi diccas, propter coniunctionem lunæ cūm sole, admirabili quadam ratione statum veteris Synagogæ exprimebat: Quocirca Paulus posteriori ad Corint. epistola, eandem 2. Cor. 3. ipsam

ipsam rem explicans dicebat. Quod si ministratio mortis lapidibus deformata, fuit in gloria, ita ut non posset intendere filii Israël in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ evacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Legem veterem appellat mortis ministrationem, quod oblata occa sione, homines suo vitio in scelus & in peccatum adigerentur. Quæ lex fuit literis deformata in lapidibus, hoc est, descripta. Si ergo tantam gloriam habuit (inquit Paul.) vetus illa lex, vt facies Moysi astrorum lucem imitaretur, cuius (inquit) lux evacuatur: multo magis abundabit ministerium iustitiae in gloria. Itaque veteris Synagogæ personam in Moise conspicis. quæ quoniam lunam imitabatur lucentem, lucem ipsam primò à sole fenerabat, hau riebat, & exprimebat quodammodo. Sed in eo maxime imitabatur luentes lunæ rationem, quod aliquando lux illa esset evacuanda (vt inquit Paul.) ita ut prorsum destitueretur luce, quemadmodum solet siles luna cum ad coitum accedit, & in aduerso nobis disco nihil habet lucis. Quemadmodum ergo luna non perpetue profundit lucis radios, sed nunc quidē uberior, nunc ve ro parcius, iuxta varietatem accessus & recessus à sole: ita etiam & vetus illa Synagoga, cuius statu referebat Moses, futurum erat, vt aliquando prorsum esset luce destituta, ex oriente scilicet luce Euangelica, temporibus Christus Redemp. Nost. Si ergo lux illa, propter tenuitatem illius erat aliquando extingueda & evacuanda (vt Paul. inquit) iure status veteris illius Synagogæ lunæ assimiletur. Quemadmodum autem Paulus Apostolus statum nouæ Spon-

sæ post aduentum Christi redemptoris nostri, illiusque gloriam, nonquam fore euacuandam dicit: multo magis quod manet, in gloria est: & ab illo tanquam à primo fonte lucis luna feneratur quidquid lucis habet. Ita etiam & status nouæ Sponsæ, Ecclesie scilicet Christi, post aduentum eius assimilatur tali, quod nulla iam sit futura legum mutatio, sacerdotium Christi erit <sup>Psa. 109.</sup> æternum. Tu es sacerdos in æternū, &c. Statuta omnia erūt æternæ: ipsa administrationis, & gubernationis ratio nullum unquam accipiet finem, usq; ad ipsam sœculi consummationem: iure sol appellatur. Principio vt luna, & cæteri etiam planetæ, iuxta quorundam sententiam, lumen fenerantur: omnes enim factentur solem esse regem planetarū, à quo superiora inferioraque syde ra collustrantur. Obeamusque rem regius. Vates diuinam potentiam, sapientiamque prædicans, quæ opificio cœlorum potissimum se declarauit, sol em inter cetera astra celebrat, dicens: In sole posuit tabernaculum suum: siue, soli posuit tabernaculum in ipsis, vt Habent Hebræa: quasi dicas Soli veluti principe sedem ac firmam stationem, tāquam præsidi aliorum planetarum, in cœlis dedit. Igitur quoniam solis claritas eximia est, oculus mundi à quibusdam appellatur, & gloria corporum cœlestium. Quem Homerus <sup>Homer. 1.</sup> quasi admiratus *Διὸς τέκθη* Louis filium dixit: quem Plato, & Iulia-Plato, nus sunt sequuti. Iure igitur præfens Ecclesie status, ex oriente scilicet luce Euangelica, Soli assimilatur. Quemadmodum enim luna exeteraque astra, quidquid habet lucis à sole mutuatur: ad eundem modum quidquid veritatis, glorie, & splendoris

doris habuit vetus illa Synagoga, id omne ab isto sole tanquam à fonte plenissimo lucis fōnērabatur. Habuit vetus lex figurās quasdam, & umbras, sacrificia, oblationes, regnum, sacerdotium, habuit leges & statuta ad erudiendos & formandos animos hominū: sed haec omnia in unicam euangelicam legem spectabant, & in unum statutū felicissimum Ecclesiae post aduentum Christi nitebantur. Ut enim Christus finis legis erat, ita etiam & Ecclesiae status post illius aduentum erat veluti sol: in quam quemadmodum luna in solem, respiciebat status veteris Synagogæ. Prodidit fabulosa genitilitas, lunā, solem deperire, obscenq; rem flagrantē defyderio semper illum testari, respicere, colore, venerari, quod ab illo cupiat vehementer concipere, & effici veluti grauida, & ut ab illo mutuerit omnem rationem venustatis & pulchritudinis. Quę vna causa fuit, vt inter Ethnicos amantes rebus amator ijs crederent præesse lunam. Si ergo fingamus veterem statum Sponsæ lunæ fuisse persimilem, nouam Ecclesiae statum solem esse nō absre possis dicere: lunam istam solare sydus vehementer expetere, & amare: adeo ut nusquam ab illo oculos deflectat suos, ut ab illo lumē accipiat: & omnē rationē venustatis, & pulchritudinis, veteris legis sacrificia, oblationes, leges & sacerdotiū ab illo mutetur. Si quidquid habuere veritatis, quidquid lucis, glorie, maiestatis, id omne à veritate legis Euāglicæ, & ab splēdente sole isto mutuo accipit. Semper luna illa solem istum se etabatur eximio quodam amore, neque ab illo oculos deflectebat. Respiciebant sacrificia unicum & singulare Christi Iesu pendentis in cru-

de sacrificiis: oblationes, & oblationem illam sanctissimi corporis factam in cruce: tum & oblationem corporis & sanguinis, in sacramento: sacerdotium, & xternum sacerdotium Christi intuebatur. Ut ergo veteris Synagogæ status lunare sydus referebat, ita etiam & status Ecclesiae, solare corpus, propter rationes adductas. Et quemadmodū Moses, qui personam illius veteris Synagogæ referebat, lumen seu lucē habuit in facie emicantem, sed quę statim esset euacuanda & extinguedenda: ita etiam & Christus R. N. qui supremi huius status Ecclesiae referebat imaginem, imo & veritatem, cùm in monte transfiguratus est inter Mosem & Heliam, illius facies resplenduit vt sol, vestimenta facta sunt alba sicut nix. Itaque sol & luna Christus & Moses: Christus & lex & prophetia coiere in monte Thabor, & inter se fuerunt coniuncta. Sed facies Christi resplenduit vt sol, non vt luna, quemadmodum facies Mosaica: vt intelligas, gloria & amplitudinem status huius Ecclesiae, nusquam fore euacuandam, quāvis semper proficiat in melius: maiores enim post sæculi consumationem faciet progressus. At vero sicut veteris Synagogæ status lunæ erat persimilis, & tenuem quandam & exiguum habebat lucis rationem, ita etiam & facies spiritualis oculi illius populi debilis erat & infirma. Non enim audebant intendere filij Israēl in faciem Moysi, propter gloriam & splendorem vultus eius. At vero de noua Spōsa extat apud Paul. nobile illud praconium. Nos autem gloriam Dñi speculantes, veleti apertis oculis, & recta facie in eandem imaginem transformamur: hoc est solem conspicientes Christū Iesum

Iesum illius gloriam, splendorem, lucemque excipientes, in eandem transformamur solis imaginem. Quemadmodum enim speculum è contrario solis positū, radios ipsum remittit instar solis: & nos (inquit) lucem & splendorem Christi Iesu intuentes, non claudimus oculos, ut olim filij Israēl, sed intenta oculorum acie lucem illam intuentes, iubar quodam spirituale, quod sola mente comprehenditur, remittimus, ac transformamur in eandem imaginem, à claritate in claritatem: hoc est, vt iam ipsi instar solis luceamus & splendeamus: vt tota Christi Ecclesia sol appelletur & sit. Attende tamen quoniam si Ecclesia Christi ab orbe condito aurorara imittatur gratissimam, & emicantem lunae faciem, & splendentem solem, id quidem non habet à se, neque propria virtute lucis & splendoris partem aliquā habet, sed sola virtute solis, hoc est, sola virtute, & munificencia, & liberalitate Sponsi. Volut enim Sponsa, interim quod versatur in terris, vas esse quodammodo testaceum, vt illius virtus & amplitudo multo magis innotesceret. Habe mus (inquit Pau.) thesaurum istum in vasibus testaceis, vt potentia Dei sit, & virtus eius, non ex nobis. Thesau ros appellat Paul. quæ nos lumen, lucem, gloriam & splendorem. Quidquid tandem ab Sponso, tanquam à verò sole, in Sponsam transfusum est, donorum atque gratiarum thesauros appellat: non solum veritatis cognitionem, sed & dilectionem ipsam, & fidem, & fidei robur inuincibile, & fortitudinem admirabile, quæ nullis fragatur, aut debilitetur laboribus. Quæris quomodo ratum lucis, & claritatis, & gloriæ, & splendoris possit accipere Sponsa;

cùm sit vas testaceum: quomodo in dies maiores faciat auctus, & progressus, quomodo maiora suscipiat incrementa? Hæc virtus, non tam Sponsæ est, quam Sponsi: qui Sponsam unicam, propria virtute & labore, potuit perducere à priori illo statu auroræ, in felicem istum statum, qui assimiletur soli. Et quamvis totius Ecclesiæ status subiectus sit mutationi, ita vt nunc soli, nunc verò lunæ, nunc aurore assimiletur, quamvis enim omnia illi bona externa & interna, obnoxia fuerint semper mutationibus, infestata à carnae, à mundo, à Sathanæ: ita tamè semper ab Sponso sunt temperata, vt incrementis quibusdam ad solidam perfectionem contenderet Ecclesia. Obreamque rem, postquam illam assimilabat auroræ, lunæ, & soli: tandem adiecit, illam esse terribilem, & formidabilem, vt castrorum acies ordinata. Fuit enim Sponsa ab ipso primo parente expugnata, vt omnia scilicet lucem, omnemque amitteret splendorem. Direpta illi fuerunt frequenter externa bona, tum etiam interna, vt in Ægypto: totam tamen lucem nun- Gene. 3. quam amissit. Nam inter flagitos & impios homines, aliquos semper sibi seruabat Sponsus, in quos non magis potuisset iniqua dæmonis machinatio, & astus irrumpere, quam impetus hostium castra militum fortissimorum, eum sunt probè munita & vallata. Hæc honorū Ecclesiæ vicissitudo, per lunam venustissime exprimitur: nam Symbolum inconstantiae lunam fuisse apud veteres, autor est Plutarchus. Omnes qui nobilitate præstarent Plutarch antiquitus lunulas in calceis gestabant: vnde lunata pellis apud Marcialē. Hoc Symbolo utebatur ne in R. solecerent

soleserent fœlici rerum successu, inconstantie rerum semper memores. Qui argumentum præbeat luna, quæ primo quidem ex obscuru procedat, mox splendidu refulgens nitore, visenda consurgat facie: sed cum iam clarissimam præferat candoris speciem, rursum consensens deflorscit, donec ratione quadam reciproca in nihilum denuò redeat.

*Descendi in hortum nucum, ut vide-  
rent si floruerint vineæ, & ger-  
minalerint mala punica.*

**V**Ox est Sponsi, qua exprimit frequentes visitationes, quas efficeret solet, ut exploratam habeat cuiusque conscientiam, mores & vitam. Poterat Sponsa, propter superiores laudes, & eximia præconia in tumorem erigi, aut erigi in superbiam: præsertim cum audiret se auroræ & lunæ & soli fulgentissimis astris assimilari. Obcamque rem, ut Sponsa sibi ipsi attendat, intra se habitet, nusquam pendeat ex alterius iudicio, inquit Sponsus: [ *Descendi in hortum nucum, ut viderem si floruerint vineæ, & germinarent mala punica.* ] Harum visitationum inditia quædam & veluti argumenta præbuit in veteri testamento, veluti cum descendebat in monte Syna, & cum ædificato templo Salomonis, descendebat diuinitas ipsa signo quodam visibili. Unde & Salomon dixit: Dominus dixit, ut habitaret in nebula, Quoniam ergo perpetuò ille intuetur cuiusque nostrum operam, mentisque cogitatus, & recessus ipsos, ut intra nos ipsos descendamus, ut nobiscum habitemus, huius visitationis nos commonefacit, cum Sponsam alloquitur, dicens: [ *Descendi in hortum nucum.* ] Illud verò considerandum magnopere Sponsum nun-

quām in frugiferas arbores & inutiles suis hortis plantare, sed illas potius quæ aliorū vībus possint inserire. Quocircā nuces nominat, vineas, & malo granata. Nā tametsi summā adhibeat diligentiam Deus O. M. ad excolendū hortum istū, & arbores hic plantatas: cupit tamē vehementer, non perdere operā, nec perdere laborē. Quo sit, ut oēs arbores inutiles reiecet, & extirpet ab imis radicibus: quēadmodū ille preco Christi nobilis dicebat: Omnis arbor quæ non facit fructū bonū ex <sup>Mat. 3</sup> cedetur, & in ignē mittetur. Et sic præterea non faciente fructus Christus Iesus execratus est, & maledictione veluti percussit: ita ut discipuli mirarētur, subito exaruisse ficulnā. Nō oblectatur ille eis arborib⁹, quæ luxuriatibus ramis, & externa popa, & apparatu, se præbēt vīsedas: <sup>Mat. 13</sup> sed illis potius, quæ fructibus respondent, industria & laboribus coloni. Experti semper exigitq; à nobis, frumento fidei faciamus, & in nobis per dilectionē operetur, ut simus florētes vineæ, & mala punica germinātia & crūpētia. Nā flores nostrorū operū, cogitationū, cōsiliorū, ille ad inmatritatē possit perducere. Spēsa autē vineā appellat. Familiaris sacris literis metaphora, ut à nobis fuit in superioribus annotatū. Quoniā vinea aut vitis inter ceteras arbores maiori eget industria & labore. Totā ergo Ecclesiā, siue veterē Synagogā, si uē nouā Spōsam vineā appellat, & poma cōuallis, quod inter currentibus aquis, & per valles difluētibus succū & nutrimentum abundantius trahant. Nominat deinde mala punica, qua una voce sacerdotes & leuitas veteris testamēti, intelligit, cōquod malo granata in margine tunicae sacerdotalis præcepto Spōsi fuiscent

sent inserta. Ergo per vineam, totius Ecclesiae statum: per mala vero conuallium: plebem ipsam, per malogranata, acerdothes (ut diximus) & leuitas intelligit. Neque enim nullus est tota Ecclesia status, quem Sponsus non intueatur, consideret & admirabili quadam prouidentia gubernet: ab omnibus tamen ex equo petat fructus: quamuis ardentiore & flagrantiorum charitate exigat a sacerdotibus, & eis hominibus, penes quos est summa totius religionis. Totum autem hortum, non sine magno consilio, hortum appellat nucum, propter multa. Primo quod haec arbor multorum sit iniurijs exposita: unde & apud Ouidium, elegia de nuce, nux ipsa coquerritur dicens:

*Nux ego iuncta viæ cum sim sine criminè vite,  
A populo faxis prætereunte petor.*

¶ Duo itaque in nuce considerabis: alterum est, quod nullo crimine cum sit polluta, taxis petitur, multisque est iniurijs obnoxia: id quod satis indicat indolem Sponsæ Christi Iesu. Nam ab orbe condito sancti pijke homines, totaq; Sponsa Christi hortus fuit nucum. Nam cum fuerit innocens, atroci quodam supplicio frequenter in eam fuit sequitum, quem admodum multis in locis referit historia sacra. Paulus Apost. ad Hebr. scribens, satis nobis ostendit, Spon-

*Heb. ii.* sam Christi ab exordio mundi nucem fuisse. Sancti per fidem viscerunt regna, operati sunt iusticiam, adepti sunt recompensationes, obtulerunt ora leonum, effugiarunt acie gladij, extinxerunt impetum ignis, conuoluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, argentes, angustia, afflicti, quibus dignus non erat mun-

dus, Christus R. N. quoniam Sponsa illi<sup>9</sup> charissima, nux erat, siue hortus nucum: persequentes illi proposuit, ærumnas, labores, maledictionem etiam petulantium hominum, & improborum odium intestinum, & incredibiles iniurias. Beati eritis (inquit) cum vos oderint homines, &c. Itaque quoniam Ecclesia, Christi Sponsa, futura erat veluti <sup>Matth. 5:24</sup> nux arbor, quæ cum annis fructibus semper respondeat colono, sitque inter ceteras arbores utilissima, multis tamen afficitur iniurijs: Ideo Sponsus: [Descendi in hortum meum, &c.] Sed ut Ecclesia hucem arborem imitatur propter eam quā adduximus causam: ita etiā & ipsa fœcunditate siue fertilitate illā admirabili exprimit ratione. Iniuria enim nuci iuglandi miro modo prodest ad fertilitatem. Etenim si nuces perticis decutiantur, copiosius proueniūt in proximum annum, quā si decerperentur: quemadmodum & crocum, & linum, & fœnum Græcum, & quedam alia fœlicius proueniunt multò ob illatam iniuriam vt prodit Plinius. Quin & hodie mos est apud rusticos quosdam, nucem <sup>Plinius</sup> hanc obuinctā glumeis vinculis, fustibus tundere, ita enim putant redi fœcundiorem. Ad eundem modum, & Christi Sponsa quæ bona semper fide & cultori & ceteris omnibus hominibus refer fructus bonorum operum (nam irrequieto perennique motu fides viva in Spōsa per dilectionē operatur) propter beneficia ingentia, & eximia opera & admirabilia lapidatur, & cūdatur ab improbis hominibus. Sed iniuriae, labores, ærumnæ, calamitatesque ingentes semper illi ad summā <sup>Gal. 5:10</sup> felicitatem prosunt, & ad fertilitatem. Nam quo magis peritur, lapida-

R 2 tur,

tur, cō ampliores magisq; copiosos fructus producit. Vnde Christus  
**Math. 5.** R. N. eos fœlices appellat & beatos,  
qui persequitionem patiuntur propter iustitiam. Quos fecit progres-  
sus Ecclesia & nux ista ab ore be- con-  
dito, cū ab improbis hominibus  
tot modis fuerit diuexata frequen-  
ter? Fœlix Ecclesiae progressus ab  
ipsis primordijs, & Apostolorum té-  
pore satis indicat, quid velit signifi-  
care Sponsus. A iusto Abel, usque  
ad tempora Christi Re. nux ista sem-  
per fuit multis iniurijs exposita,  
semper tamē iniuriæ illatæ illi pro-  
fuerunt ad ampliores & ubiores  
fructus. Paul⁹ ad Corinth. scribens  
*a. Cor. 4* posteriori epistola latis indicat, qua-  
lis sit indoles Sponsæ, & quomodo  
nuci referat naturam & ingenium.  
In omnib⁹ (inquit Pau.) affligimur,  
non tamen angustiainur. Nam va-  
rijs tentationibus impulsi, neque  
frangimur, neque debilitamer. Af-  
fligimur (inquit) in omni loco & té-  
pore, inter hostes, inter amicos, sed  
nunquam angustia concludimur,  
Deo in nostris cordibus latum con-  
solationis campum patefaciente: In  
digemus, sed non destituimur. Hæc  
nux quamvis percutiatur penuria  
& ægestate, recta tamen semper co-  
sistit, non vincitur, nusquam in de-  
sporatione devoluitur, atque adeo  
ægestatis iniuria illi non obest, vt  
ampliores multo fructus efficiat.  
Persequitionem (inquit) patimur,  
sed non derelinquimur: deiijimur,  
sed non perimus. Corpore (inquit)  
externisque rebus & petimur, &  
graues patimur molestias, aduersan-  
tibus nobis hominibus, semper ta-  
men nobis adest alacritas quædam  
animæ, & gaudium singulare, exi-  
miaque lætitia. Semper mortifica-  
tionem Iesu in corpore nostro cir-

cunferentes (inquit Paul.) vt vita  
Iesu manifestetur in nobis. Duplex *a. Cor. 4*  
enim status corporis Christi fuit,  
mortis scilicet atque vitæ. Nam ante  
resurrectionis tempus, corpus il-  
lud sanctissimum, tametsi divinitati  
annexum, morti erat obnoxium. Obeā-  
q; tem totū tempus ab ipsa coagme-  
tatione, usque ad resurrectionē mor-  
tificatio Iesu appellatur ab Apost.  
Reliquum vero, quod à resurrectio-  
ne sumpsit initium, tempus vitæ,  
sive vita Iesu ab Apost. appellatur,  
quoniam mors iam non illi ultra  
dominabatur. Hoc itaque est, quod  
inquit Apost. mirum videri, & stu-  
pore dignum, quod scilicet Eccle-  
sia Sponsa Christi, piisque homines  
perpetuò moriantur, vt Christus  
mortuus, multisq; sint iniurijs ob-  
noxii, quemadmodum nux. Sed cūm  
maxime moriuntur, tuin maxime  
viciunt: ita vt sit ipsa mortis iniuria  
sive mortificationis, vitæ causa: vt  
verè Spōsa & pius animas nux sit,  
quemadmodum inquit Sponsus.  
Quæ itaque iniuria huic nuci pos-  
sit obesse, quando iniuria mortis,  
quæ omnium est grauissima & atro-  
cissima, illi etiam prodest ad vitam?  
Sed nuci arbori natura præstitit, vt  
iniurijs fiat multò fœcundior: Spon-  
sæ autem non natura ipsa, sed potius  
Sponsi gratia & beneficiū. Nam  
vt superiori carmine diximus, vo-  
luit Sponsus, in nuece ista suam po-  
tentiam exercere & declarare mi-  
modo, vt sublimitas virtutis Dei ap-  
pareat, & aperto se declareret argu-  
mento: quod scilicet nihil ex se ha-  
beat Sponsa, sed omnia potius sibi  
constent diuino beneficio.

*Nesciui: anima mea conturbauit me,  
propter quadrigas Aminadab.*

Multa

**M**ulta hic dicuntur à multis de quadrigis Aminadab, vt Aminadab princeps sit populi Israëlitici, ortus de tribu Iuda: quadrigæ vero sunt exercit⁹ ille copiosus, qui ex Ægypto egressus est: sexcenta scilicet millia virorū fortissim⁹ expeditoru⁹ egi; editiū ad præliū. Itaq; quadrigæ Aminadab per synedochem dictū volunt: siue id factum sit, propter regiam dignitatem, nobili vaticinio promissam illi tribui, siue præterea quod tribus illa prima omnium via ingressa fuit. (Atque in hūc modum quidam interpretatur locum illum, Facta est Iudea sanctificatio eius.) Siue quod ex tribu ista virorū fortium tanta prodierit multitudo, vt quæ admodū habetur Num. i. ultra septuaginta quatuor millia virorum fortium à vigesimo anno & supra, hac vna tribu reperiuntur. Huius tribus, vel Aminadab, vel filius eius Naason dux erat, cùm egredieretur ex Ægypto. An pater Naason Animadab fuerit superstes, tēm pore egressus, non satis constat. **Vetus** ergo Sponsa cùm antiqua miracula, quæ olim fecisset Sponsus in Ægypto, contemplaretur, beneficijs in arrogantiam & superbiam erecta, credere non poterat, veterē illam legem tanto apparatu & poppa suis patribus collatam abrogandam per humilitatem Crucis: tum & gentes olim ab Sponso profligatas propter amorem Synagogæ, ad parem Euangeli⁹ gratiam fore admittendas. Non poterat animum inducere, vt lex foret abroganda, & Synagoga repudianda, & gentes admittendæ essent in Euangeli⁹ consortium. Atque hoc est quod dicit: [Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.] Sunt ergo quadrigæ Aminadab per

**Pla. 113.**

**Num. 1**

**Exod. 7. 8. 9. 10. 11. 12.**

**Cor. 1**

synedochem tota illius populi gloria, propter quam verius Synagoga grauisimum passa esset scandalum, neq; humilitatem Crucis potuit devorare. Mihi vero rem consideranti & expedienti, aliud videtur Salomon velle significare. Superiori carmine Sponsus referebat, quæ cœtulis set beneficia in Sponsam, illam insuendo, ab illa exigendo fructus: id quod à condito homine frequenter Sponsus charissimæ Sponsæ prestit. Nunquam defuit visitatio illa superior, nunquam auxilium Sponsi. Nam instinctu, afflatu, revelatione, semper excitabat in studium pietatis, & ante conditam legem, & post leges cotidas: Vide quām sollicitus varijs instruxerit Spōsam seculo Noë. Sponsa proinde fatetur presenti carmine quid habeat ex se, quid etiam beneficijs Sponsi. Sponsi beneficio fructus habet bonorum operum, scientiam diuinarum rerū: quæ omnia revelatione constant, & descerstu Sponsi in hortum hucum. Tanta vero est humani animi cœcitas, vt frequenter ignoret, nec satis attendat visitationes istas, & auxilia Sponsi & beneficia. Nam à primo scelete (vt alia vulnera omittimus quæ accepit Sponsa) ignorantia ista dimanauit, quam Sponsa fatetur, cùm inquit: [Nesciui: anima mea conturbauit me; &c.] Nullus tanta fuit virtus innocentia & integritate à condito homine, qui non persenserit defectus istos cœcitatibus, & ignorantibus. Frequenter Sponsa ab Sponso instructa & erudita, his omnibus beneficijs abutebatur in suam pernitiem, quemadmodum refert historia sacra. Sic temporibus Noë tota ratio veræ religionis venit in contemptum. Temporibus Abraham, sic in ingressu in terram **Gen. 6.** **Exod. 10.**

R. 3      Ægypti

Ægypti nobilem fecit Sponsam, & speculum apud Pharaonem Ægypti, quod in grauissima scelera prolapso fuit. Sic cum versaretur in deserto, & alijs locis, post ingentia beneficia, & Sponsi frequentes visitationes, falsos deos sectatur, & tribus ipsa Iudea, temporibus Achaz et Manasse regum Iuda. Itaque pravitatem istam & cætitatem humani arbitrij Sponsa fateretur, dicens: [Nesciui, &c.] Obeamq[ue] rem August. lib. 3. Hyposticon, arbitrium hominis etiam sanctissimi iumento, seù equo subtilienti, vago & exultanti alsimilat, diu inam autem gratiam assimilat secessori: ita Spensus gratia ipsa tamquam freno leniter ac suauiter ducat. Ut iumentum factus sum apud te: ait sanctus propheta David. Hieronymus epistola quadam ad Saluianum: Nostrum (inquit) Christi amore lascivius iumentum restringere, ut sessorem Spiritum sanctum moderato atque composito portet in cessu. Nisi ergo Sponsus arbitrium ab spiritu Sponsi trahatur, sequitur pernicioſa illa ignorantia, & cætitas, ita ut nihil sibi possit suis consilijs parare, preter mortem & exitium. Sequitur ignorantiam istam non solum perturbatio illa, quam Græci appellant πάθος, quæ non sinit nos recte de rebus iudicare, ut bene dixit ille. Impedit ira animū, ne polsis cernere verū. Et Boëtius. Tu quoq[ue], si vis lumine claro cernere verum, gaudia pelle, pelle timorem, spemque fugato, nubila mens est, hæc ubi regnant. Quocirca præclare Aристo, dicebat. Obeam unam rem iuuenes non esse idoneos, auditores disciplinæ moralis, quod perturbationibus his, perpetuo sint obnoxij, & perturbato iudicio perpetuo operantur. Itaque non solum corru-

ptionem nostri iudicij sequuta est perturbatio ista, quæ inter ceteras peccati plagas principē locū tenet, & de illa potuisse Sponsa dicere, anima mea turbata est: sed de illa perturbatione multo magis loquitur, quæ peccatum omne natura quadam insequitur. Nusquam enim à condito homine ullum fuit peccatum, quod non statim sequeretur incredibilis quædam perturbatione animi, quæ non patiatur hominem uno loco consistere. Quo sit ut regius vates sceleratos homines, pulueri graui ventro iactato, & Esai. flutibus maris assimilet, propter timores istos & trepidationes ingentes, quæ causa sunt né peccator pacem animi & tranquilitatem assequatur. Quemadmodum enim in primo parente, exemplar peccati nobis propositum fuit, ita etiam & timoris. Nam post peccatum istam animi perturbationem & trepidationem persentit: fugit à facie Dei, & abscondit se. Vocante Deo (inquit) vocem tuam audiui & timui. Quod sequitur: [Propter quadrigas Aminadab.] Hebrei autores sic legunt. Propter quadrigas populi principantis, vel principis populi, ut sint duæ dictiones בָּרְכֵי יְהוָה. Nā quæ dicuntur de Aminadab duce exercitus populi Israéliti, mihi nō satis probatur. Quadrigæ ergo in literis sacris & curius, frequenter humanam confidentiam, quæ semper vana est & stulta, significant. Quemadmodum Miche. 4. cap. vaticinatur de regno Christi, quo florente omnis humana confidentia debuisset concidere, inquit. Et erit in die illa dicit Dominus, perdam quadrigas aut equos ē medio tui, ȳbes, regiones, munitiones tuas. Inter reliquias ergo partes humanæ confidentiae

<sup>2. Cor. 1. ad Corin. ostendit humanam sapientiam esse stultitiam. Sic Micheas, Ex-</sup>  
<sup>st. 3. Mich. 5. cida maleficos e manu tua, neque erunt in te Astrologi. Ita etiam & humanam potentiam, infirmam ostendit & imbecillum. Obtem rem, quadrigas & munitiones dicit perdendas. Refert interdum historia saecula, Sponsam conturbatam, trepidatē, & pauidā fuisse, propter quadrigas Aminadab, hoc est, siue principis populi vel principiantis. Nam cūm frequenter totam suam collocaret confidentiam vel in Ægyptijs, Assyrijs, Babylonij, opulentia, diui- tias: sensit suo incommodo & ingenii animi consternatione & perturbatione, haec omnia esse vanissima, & ut Nahum propheta inquit, brucio & locustæ fuisse persimilia. Sed cōmodius, nomen quadrigarum referratur ad poenam peccati ( ut superius diximus. ) Nam quemadmodū peccatum sequitur trepidatio: ita etiam iustitia postulat, ut sequatur pena & supplicium. Sunt enim indiuidui comites, peccatum, timor, & pena. Sponsus autem, ut suam misericordiam, potentiam, sapientiam declarabat ab orbe condito, ita etiam & iustitiam. Cūm autem divina iustitia exemplum aliquod sui profert in Sponsam, non potest Spōsa non velicenter perturbari: Ita ut quemadmodum ad peccatum, ita etiam & ad penam, timor & animi consternatio subsequantur. Eas igitur penas quas Spōsa ab orbe condito pertulit propter ignorantias & peccata, quadrigas appellat, Scripturarum more. Ezechie, cap. 1. visione</sup>

<sup>Ezech. 1. illa aduersus ciuitatem Hierusalem, Currus vidi, quadrigas & rotas, &c. Quod sequitur, Populi principiantis, siue principis populi, ideo dictū</sup>

arbitror, quod à priscis illis temporibus Sponsus Sponsam vexauerit multis modis, ut à scelere & peccato reuocaret: tum verò maximè impiorum hominum tyrannide & nequitia, ambitione, auaritia: vexabat sub Nēmrod, in Ægypto sub Pharaone, in Babylonie sub Nabucodonosor: vexabat Persarum & Greco rum imperio, tum etiam Rothario rum. Quemadmodum ergo Sponsa ignorabat frequenter, contemnebat mandata Sponsi, ita etiam quadrigis populi principiantis, hoc est, populi potentia, tanquam freno & fuste, & retinebatur in officio, & crudiebatur ad pietatem.

Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, ut intueamur te.

VT superiori carmine declaratur Sponsi iustitia, qua una quadrigis principiantis populi coercedat effrenatam libidinem peccandi: ita etiam & presenti carmine illius benignitatem liceat perspicere. Alloquitur Sponsam, reuocat illā ab ignorantia, à timore: reuocat à supplicio & pena: quibus in rebus potissimum elucet benignitas Sponsi. Sic apud sacros vates, frequenter aduersus populum electum intētac penas, minatur per externas gentes & alienos populos grauiā supplicia aduersus Sponsam: Et tamen post penas, post atrocia supplicia, sequuntur illico consolationes. Hierem. 30 Hier. 30 Quare ergo vidi omni viri manum super lumbum suum, quasi parturientis, & conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem? Et infra. Quid clamas super contritione tua? Inſatibilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & pro-

R. 4 prece

pter dura peccata tua feci hæc tibi.  
Sequenti verò cap. candem Sponi-  
am revocat & consolatur, & quasi  
cùm Salomone inquit: [Reuertere,  
reuertere Sunamitem. ] Longe ( in-  
quit) Dominus apparuit mihi. Et in  
charitate perpetua dilexi te, ideo at-  
traxi te miserans. Adhuc ædificabo  
te Virgo IIsraël: adhuc ornaberis  
tympanis tuis, & egredieris in cho-  
ro iudeorum: adhuc plantabis vi-  
neas in montibus Samariæ: planta-  
bunt plantatores. Hanc igitur anti-  
quam Sponsi conuersationem, quæ  
per totam scripturam celebratur,  
exprimit Salomon. Permittit enim  
Sponiam frequenter multis malis &  
incommodis, perinitt laboribus, ut  
agnoscatur quid habeat ex se, quid ha-  
beat ab Sponsos: sed tunc tandem &  
à peccato & à pœna sollet revocare.  
¶ 1. Revocabat tñm ab Ægyptiorum  
seruitute, secundò, à seruitute Baby-  
lonica, Periarum, Græcorum, Ro-  
manorum. Quod autem quidam ex  
quatuor istis vocibus, [Reuertere,  
reuectere, &c.] hoc mysterij erue-  
re coerendūt, quod quia Sp̄sa primò  
rediit à captiuitate Babylonica cù  
Zorobabel: secundò aliqui cù Eſdra,  
tertio aliqui cù Neemia, 4. tépore  
Iudeæ Machabei, cum temporibus  
Mach., Autiochi reportata ex hostibus vi-  
ctoriæ ad proprias sedes & lares re-  
gredit̄ est Sp̄sa, dicatur, Reuerte-  
re, reuertere quater: non mihi pro-  
batut. Mihi vero videtur simili⁹, ut  
frequens ista verbi repetitio, expri-  
mat potius Sponsi summam chari-  
tatem & prouidentiam erga Sp̄iam. Sic enim solemus, cùm quid-  
piam ex animo cupimus, eadem vo-  
cem geminare, & eam incalcare fre-  
quenter. Quæd si ad captiuitates &  
exilia Sponsæ referenda sit ista re-  
petitio, potius (ut mihi videtur) ad

Ægypti captiuitatem sit referenda:  
Hanc autem appellat Sunamitem,  
vel Sulamithé. Nā incuria (vt arbit-  
rator) Calcographi hic error irrepsit  
in nostram æditionem: facilis enim  
est lapsus, ab una voce in aliam. Nā  
quod quidam in hinc locū congesset, Reg. 1.  
re de Sunamithe Aliag quæ David  
senio confecto condormiebat, & de  
muliere illa hospita Heliſei, cuius fi- Reg. 17  
lium à mortuis suscitauit propheta,  
indigna sunt vt à nobis adducatur.  
Igitur legendum est Sulamith, quæ  
nostra lingua perfectam & pacificā  
sonat. Pertinet vox ista ad summā  
Sponsi benignitatem. Nam cù Spon-  
iam revocat à miseria siue peccati,  
siue supplij, non vtcunq; illam re-  
uocat, efficitque felicem: sed in tan-  
tam solet euherē dignitatē, vt eos-  
dem penè accipiat titulos, & easdē  
appellationes, quas Sponsus. Sulamith à Salomone, quasi dicas, à pa-  
cifico pacifica, vel à perfecto perfe-  
cta, vt à Ioanne Ioanna, & à Fráci-  
co Francisco. Quibus appellationi-  
bus Salomō dat intelligere in quā-  
tam fuerit Sp̄sa fœlicitatem eu-  
cta ab Sponso à condito orbe, post  
presuras & ærumnas. Nam veterē  
Sponiam, ignorantem, peccatricem,  
seruā, cùm ille dixit, [Reuertere, ]  
diuitem efficit, sapientem, liberam:  
diuinis mandatis & legibus ad per-  
fectionem usque instruxit. Cùm au-  
tem Sp̄sam vocasit per Euāgelium, Ioan. 3.  
reuocauitque à peccatis, eò digni-  
tatis euexit, vt filia Dei appellaretur,  
& sit, Dedit enim eis potestatē fi-  
lios Dei fieri. Et iterum. Ut filij Dei  
nominemur & simus. Benē proin-  
de post tantam miseriā Sponsæ,  
monet, vt reuertatur, vt in illa e-  
lucat Sponsi potentia & bonitas.  
Deinde cæteris heminibus propo-  
nit eam contemplandam propius  
atque

Matt. 5  
1. Cor. 15  
atque visendam, ut cum incredibili-  
lia egregiaque ornamenta virtutum  
in illa continxerint, videntes homi-  
nes glorifcent Deum, qui in celis  
est. Sed tunc tandem cum Christus  
regnum Deo & Patri tradiderit, of-  
feret Spōsam sine macula, & sine ru-  
ga, ut sit vera Sulamith.

CAP V T S E P T I-  
M V M.

**Q**VID videbis in Sunamite, nisi  
choros castorum?



2. Esd. 4  
Exod. 15  
PONS aquā-  
nis perfecta sit,  
& pacifica be-  
neficio Sponsi,  
semper tamē de-  
beat esse in pro-  
cinctu, & stare  
pro acie, ut sit quod refert Nec-  
mias de populo Dei, qui cum rui-  
nas ciuitatis Ierusalem reficerent,  
altera manu faciebant opus, al-  
tera vero tenebant gladium: me-  
dia pars praeerat operi, me-  
dia erat in armis ad arcēdos impe-  
tus hostium. Sponsa in terris, quam-  
uis Sulamithis sit, semper tamē in-  
ter hostes cum spiritales, tum tem-  
porales versatur. Vetus Sponsa, o-  
lim egressa ex Aegypto, tripudia-  
bat quodammodo, & exaltabat:  
formidabat nihilominus propter si-  
nitimas gentes sibi infensas: itaque  
gladium semper habebat in manu.  
Duo proinde licet prospicere in  
veteri illa Sponsa: si gaudium at-  
tendas propter adeptam libertatem,  
depulsam seruitutem & miseriā,  
choros videbis saltantium & tripu-  
diantium. Si vero pericula inter-

que versatur, arma & castra, &  
munitiones. Quamvis autem Spon-  
sa inter labores, hostes & inimicos  
versetur, nunquam tamen destitui-  
tur ingenti gaudio & incredibili le-  
titia, ita ut videatur choreas duce-  
re. Sic Paul. gloriatur in tribulatio-  
nib⁹ & glorioſas ducit catenas. In-  
quit enim & ad Ephesios, & ad Co-  
rinthios. Et si exterior noster homo  
corrumptur tamen is qui intus est  
renouatur de die in diem. Et illud,  
Maledicimur, & benedicimus: blaſ-  
phemamur & obsecrantus, &c.

**Q**VAM pulchri sunt gressus tui in  
calciamētis filia principis.

**Q**uemadmodum quarto cap.  
Sponsus charissimam Spon-  
sam, à vertice ad inferiores vique  
partes collaudabat, illiusq; eximiā  
venustatem multis carminibus ce-  
lebrabat, eadem opera exordio ca-  
pitis huius ab initio partibus totius  
corporis, pedibus scilicet vique ad  
suprema, illius laudes agreditur.  
Et quoniā in forma duplices sunt  
partes, quæ iure laudari possint:  
aliæ quæ ad venustatem dumtaxat,  
vt superiores, aliæ vero quæ ad fœ-  
cunditatē pertinent: vt quisque  
nostrum agnoscat nihil esse in Spon-  
sa, quod non sit summa cum ve-  
nustate & decore coniunctum, à  
gressibus siue pedibus, illius ve-  
nustatem commendat dicens: [Quā  
pulchri sunt gressus tui, &c.] Sic  
solent vulgares amatores amicas  
suas cum ob alias causas, tum ve-  
ro maxime propter decentiam in-  
cessus, mirifice laudare. Hæc iux-  
ta literam. Nam quæ spiritus cœ-  
lestis nobis præsenti carmine pro-  
ponit cōsiderāda, abstrusiora habet

R 5      arcana

arcana & reconditora mysteria. Pedes calciatos siue gressus, Scriptū rarum more, affectuum promptitudinē circa cœlestia & spiritualia significant. Pes enim pro dectyderio & voluntate cordis usurpatur. ps. 25. Pes

**Psal. 25.** meus stetit in directo. Id est, nemine vel affectu ipso concussi, vel laxi. Et de affectibus impietū: Pedes eorum veloces & festini ad effundendum sanguinem. De affectibus impiorum dicitur, qui semper sunt ex pediti & agiles, ut quiduis facinoris & dedecoris aggrediantur, & proximum, nulla etiam oblata occasione,

**Psal. 13.** laedat. Orabat regius vates, Non veniat mihi pes superbiae: Id est, affectus arrogantiæ: ne de mea iustitia, laicitia, viribus, arbitrioque præsumam: ne existimem me aliquid esse cū nichil sim: ex quo non inuenio in carne mea bonum, ut Paul. inquit. Er-

gō quoniam in Scripturarum more, pedes, affectus nostri animi significat, Sponsus Sponsæ affectus significans, quoniam pedibus insedimus,

inquit: [Quām pulchri sunt gressus tui.] Rapitur autem noster animus his affectibus, perpetuoque agitur & impellitur, ut nusquam illum cō quiescere patientur, neque sinant uno in loco consistere: quō sit, ut nec clario humana mens, vel rerū visibilium cupiditate incensa, res perituras secesserit, vel diuinarum studiо inflammata, ad spiritualia & cœlestia cōnitatur. Dicīna philosophia solet incitare nostros omnium animos, excitare desidiam, ut nostri animi perennē motum expeditumq; cursum ad res cœlestes, ceteras nunquā perituras, reuocemus. Et quādo natura ita conditus est humanus animus, ut perpetuò debeat incedere, virtutem istā & facultatē sibi ingenitam, rebus externis nunquāq; pe-

rituris collocet. Solct autem diuinā verbū promptitudinem istā nostrī animi & cursum expeditem & agilem, calcei nomine significare: ita ut calciatos habere pedes, sit idē quod promptum habere animum, & expeditum, ad aliquid operis agendum. **Ephe. 6.**

Paul. Apost. ad Eph. Christianum hominem in campum veluti producit, cūm dæmonē dimicaturū. Postquam autē hortatur, ut stet accinctus lūbis, nē scilicet dissolutus disfluat concepitcentijs: postquam induit thoracem iustitiae, ut sit pectorē vndique munitus: tandem subiecit Calciati pedes in præparationem Euangeliū pacis. Quo tropo siue figura loquendi, Paul. Christianum militē hortatur, ut prompto animo paratoque sit, ad exitum dimicaturus cūm hoste: quia pedes affectus significant, solentq; iter arrepturi pedes calciare, quod calciati pedes huius promptitudinis Symbolū sint. **Ezai. 23.**

eadem proprietate. Quam pulchri super montes pedes euangelizantū bona, &c. Ex his quę diximus licet colligere, quid Sponsus in Sponsa charissima collaudat, cūm pulchros appellat pedes, seu gressus in calcia mentis: quia promptissimos motus & expeditos ad secundū cœlestia, & ditina, ad explenda diuina manda. Cōstat diuini verbi reuelatione, Sponsum istam animi promptitudinem ad bohem, & agilitatem & expeditionem vehementer amare, & gressus testudineos & lentum incēsum fastidire. **Paul. Apost.** spiritualis hominis vitā, cuius in appellat diuersis in locis: ut intelligas, Christiano homini & ei qui vellit ab Spōso collaudari, currendū potius quam eundum. Verbo enim currendi, eandem ipsam promptitudinem & agiles motus significat. **I. Ad Corinthi. 9.**

Sic

**1. Co. 9.** Sie currite ut comprehendatis. Ego enim sic curro, non quasi in incertū. Quoniam inquit concito gradu ad diuina properādum est, currite quoniam nobis magna, incredibilia proposita sunt. Currite ut comprehendatis: hoc est, motus istos vestri animi agilitatem & velocitatem reuocate à rebus nihili, & ad apprehensionem æternæ felicitatis traducite. Multorum (inquit) est currere, hoc est, istam animi agilitatem & perennes motus exercere: paucoru tamen, sic dirigere gressus, vt ad felicitatem & beatitudinem omnium studio contendant. Ego (inquit) sic corro, non quasi in incertū.

**Apo. 3.** In Apoca. Ioannes Euangeliſta Sponsi vocē declarat, vehementer se fastidire nostrī animi oscitantiam, fōcordiam, & cunētationem: ita vt inuiti quodammodo & reluctantē trahamur ad cultum pietatis, & honesti. Utinam (inquit) calidus es, aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere. Cupit Sponsus Sponsam non isto tempore, & pigritia laboret, qua solent cæteri. Optat fervido semper motu ad cœlestia contendat, calciatos habeat pedes, proprio & agili cursu festinet. Obreamque rem tempore & desidiam in rebus gerendis magnopere auersatur. Utinam (inquit) calidus es, aut frigidus. Facile enim quæ tepida sunt, naufragi prouocare solent. Calidos appellat eos, qui perpetuū pedes habent calciatos: frigidos, eos qui nec gressum mouēt, vt sunt homines peccatores, & flagitosi: quibus tamen inest ardentior quædam cupiditas properandi ad cœlestia. Tepidi sunt, qui paucis operibus virtutis contenti, videntur sibi fecisse satis beneficijs ab Sponsa acceptis, neque cogitant unquam deme-

liori vita. Nascitur enīm frequenter tempore iste, à confidentia quadam nostrorum operum. Pau, non laborabat tempore isto, cūm diceret: quæ retro sunt obliuiscens, ad anteriora semper me extendens.

*Iunctura fæminum tuorum sicut molilia, quæ fabricata sunt manu artificis.*

**H**ieronymus iuncturam legit. Significat autē יונקתוּתִי surprepta, vt sunt quæ matrix concipi. Itaque iunctura fæminum, vel pro concepto ipso sumitur, vel pro ipsa concipiendi virtute & facultate. Laudat proinde Sponsus charifimam Sponsam, post decentes gressus, pedes & tibias calciatas, ab ipsa fecunditate: ostenditque qualis sit virtus ista fætifieandi, & concipiendi in Sponsa. Displex ergo concipiendi ratio erit: altera quæ nascitur ex proprio arbitrio, tanquam ex viro dignente & fecundante: altera quæ nascitur ex Dei verbo. Arque hæc sit; quæ maxime ab Sponsa laudatur præsenti carmine. Nam humana mens suo arbitrio adiuta, propter scelus primi parentis, nihil concepire possit, quod partus edat in lucem æterna vita & felicitate dignos: imò frequenter non solum ab ipsa carne infecta & corrupta, sed & ab ipso arbitrio boni & mali iudice & investigatore, concipi ea, quibus sibi tantum possit parare mortem & exitium. Obreamque rem opus est, vt boni a liquid concepiat Spōsa, grauida fiat non solum virtutibus ab Spōso infusis, Fide, & Spe, & Charitate, verum etiā & verbo Sponsi. Nā quemadmodum

admodum Virgo sanctissima, divino spiritu cooperante veluti artifice, filium Dei concepit, et diditque in lucem trabea carnis indutum: eadem opera est & conceptio quædam spiritalis nostræ mentis, quæ diuino verbo tanquam viro perficitur: ita ut mens ipsa egregios partus possit in lucem edere. Alioquin si à diuino verbo non fecundetur Sponsa, iunctura feminum seu facultas ipsa concipiendi, nunquam laudabitur ab Sponte. Qualis autem sit conceptus ipse sive virtus concipiendi, satis ostenditur, cum Sponsus inquit: [Iuncturae feminum tuorum sicut monilia, quæ sunt fabricata manu artificis.] Nam monilia, ut superius est à nobis annotatum, leges, mandata, & in

**Exod. 33.** Istituta significat. Fabricata sunt monilia, sive mandata, aut si mauelis verbum Sponsæ collatum, ab artifice Deo, & in igne fabricata, cum in monte Syna de medio ignis verbū & mandata sunt egressa. Igitur quælia sunt mandata ipsa, quale est Dei verbum, talis oportet necessario sit conceptus Sponsæ, ut parentem referat. Vnde quemadmodum mandata ipsa, & leges diuinæ monilia & aurea ornamenta appellabimus, ita & conceptus Sponsæ qui à diuino verbo, monilia & ornamenta quæque pretiosissima. Ut intelligas, conceptus Sponsæ, qui à diuino verbo proficiuntur, thesauros omnes excedere, & ornamenta quæcunque staret si aurea sint & pretiosissima. Quocirca regius propheta, verbum Sponsi multo desiderabilius censebat auro & argento, & lapidibus etiam pretiosis, cù & dulcior multo & suauius super mel & sauum. Quemadmodum ergo, si diuino verbo gradata efficiatur Sponsa, feminum iunctura, sive locus ipse, qui matricis sit

**psal. 18.**

domicilium, fetus concipit preciosos & admirabiles, ut potè diuina manus fabricatus, ita ut monilia sint. Ita si arbitrio humano, & humano verbo fecundetur, modestia quædam & portenta gignere solet, & thesauros mortis & peccati, & perditio-  
nis. Nequit enim iunctura feminum Sponte quidpiam concipere, quod mentem ipsam contractam & debilitatam per peccatum, aut arbitrium humanae mentis excedat. **Paul. Non i. Cor. 3.** Nam sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis. Nam sufficientia nostra, ut concipiamus aliquid, quod auctor referat, quod argentum, quod monilia, ex Deo est. Nihil aliud feminum iunctura concipere possit, quam vilia, terrena, lutea, peritura, interdum etiam peccatum concipit, parit iniquitatem. **psal. 18.** Regius propheta David, tanti diuiniverbi reuelationē faciebat, ut nee pedem quidem sine illius luce & splendorē mouere se posse affirmaret. Lucerna pedibus meis, &c. Sed illud magis ad rem (ut mihi videtur) pertinet, quod eodem psal. inquit. A mandatis tuis intellexi, propterea odiui eternam viam iniquitatis. Illud præcipue quo homines à bestijs distamus, virtus est intelligendi, & cognoscendi facultas. Sed intelligere possis vel propria facultate & virtute, vel diuino verbo fecundante & illuminante. Audet propheta dicere, mentem humanam grauidam esse etiam, vel à proprio arbitrio, vel ab humano verbo, vix posse intelligere, & à cæteris animalibus vix posse distare. A mādatis (inquit) tuis intellexi. Quasi dicat: ut intelligerem causa fuit diuinum verbum. Qui igitur à diuino verbo concipit, hic verē intelligit. Obream enim rem intelligēdi facultas beneficio

**Psal. 118.** ficio Sponsi nobis collata fuit, ut quod optimum est sectemur, quod verò iniquum & pernitosum fugiamus. Talis verò conceptus gignitur non humano arbitrio, sed Dei verbo fœcundante & spirante. Sic inquit vates. Propterea odiui omnem viam iniquitatis.

*Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam inaligens poulis.*

**L**AUDAT Sponsam ab vmbilico. Eam corporis partem, si ad spiritum referas, facile sit accōmođare. Primò, vmbilicus ad hoc nature prouidētia factus est, ut per eum fœtus, dum est in utero nutritur. Quod Arist. de hist. ani. Aristo scribit lib. de historijs, &c. 2. de animalium generatione. Tum & appetentiam libidinis fœminis esse in vmbilico, Hieronymus testatur super locum illum Iob, Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. Vmbilicus Symbolum est cupiditatis, appetitiae, & delectationis. Iubet Salomon iuueni Deum tineat, illius manda ta custodiat: hæc si feceris, sanitas erit (inquit) vmbilico tuo. Intelligit nempè per vmbilicum, appetentias, & delectationes, quas mandata Dei illiusq; timor in adolescentibus regere debeat & moderari, modo velet pulsantes subinde & renascentes perturbationes cohibere. Illud inter cetera propheta Ezech. acerbè aduersus populum Israëliticum increpabat, tanquam fœmina esset petulans & impudica. Non est præcissus vmbilicus tuus: id est noxias cupiditates & pernitosas nondū resecuisti. Sponsus ergo charissimam collaudat Sponsam ab vmbilico, propter multa. Primò, quod conceptus proprijs visceribus genitus, il-

lius vmbilico optimè nutritatur. Tū quoniam vmbilicus in literis sacris appetentias & cupiditates significat: tū & summas delectationes. Hęc omnia contorquendo ad spiritum, vmbilici nomine rerum cęlestiū cupiditatē & appetentiam, atque delectationē illam, quę inde proficitur significat: ita, ut in Sponsa, quę admodum egregij conceptus, secundante verbo Dei, nūquād deficiunt: ita neque æternorum desyderium, appetentia, & cupiditas vehementior, nunquam in Sponsa aut minuantur aut deficiant, neque oblectamenta illa, quę ab isto desyderio nascuntur. Est in literis sacris concupiscentia quędam carnis aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem. Est itaque concupiscentia ista Spōsa, quę per vmbilicum significatur, appetititia illa, quę in homine spiritali propter desyderium cęlestium audacter aduersus carnē depugnat, perpetuoq; dimicationē suscipit aduersus carnis cōcupiscentias, & noxia desyderia & pernitosas, quę in morte & exitiū nos detrudūt. Sed & hoc desyderium cęlestium, quoniam ex verbo Dei anima fœcundante nascitur, eleganter expressit propheta psal. iam citato. Concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas in omni tempore. Venustus sancte & pulcherrimus vmbilicus, & ad egredias cupiditates & nobiles appetentias conditus, iustificationes desyderare: id est sancte est q; omne genus boni & felicitatis appetere. Sed ut ardentiorē sanctorū animorū exprimeret appetitum, artificiose dixit: Concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas in omni tempore. Vmbilicus totius corporis pars inuoluta magis, magisq; impedita, quęadmodum rerum experimento di-

didicimus: & quæ cupiditas diuinorum rerum effigie vmbilici magis referat, quam icta. Concupiuit anima mea desiderare? Sufficeret dixisse, concupiuit anima mea iustificationes tuas. Sed hic vere sit vmbilicus spiritualis hominis, non solum diuina appetere, sed & ipsa desyderia diuinorum rerum desiderare. Nam sponsa eodem desyderio afficitur circa appetentiam diuinorum, quo circa diuina ipsa. Neque enim minus est appetenda æternorum dilectio, quam sint ipsa bona æterna. Nam ut dilectio & desyderium pecati fugiendum, non secus appetentia ista desyderiumque æternorum bonorum prosequendum est. Sed & illud ad eundem pertinet vmbilicū, quod sequitur, In omni tempore. Cupit enim, si fieri possit, in æternum vivere, ut possit in æternū hæc diligere. Vide de desyderio isto, quo modo desyderatur ab eo qui desyderat: an possit fieri, ut quispiam quod habet desideret. Et vide de lauguore isto multa apud Augusti, super hunc locum. Sed & crater a similatur tornatili vmbilicus Spōsæ, ut intelligas rotundo, & sphērico, aut ut videntur habere Hebreæ, ἡμέρα, hoc est, luna: ut sit crater instar lunæ: hoc est, rotundus & sphēricus: quemadmodum luna se præbet in plenilunio visenda. Rotundus & sphēricus vmbilicus appellatur, ut intelligas amplissimam esse vmbilici capacitem, quemadmodum de vase sphērico, aut sphērica figura Mathematici statuerūt. Est itaque vmbilicus Spōsæ capacissimus: neque enim minor possit esse cupiditas ipsa & appetentia, quæ per vmbilicum declaratur, quam sit obiectum, circa quod versatur: versatur enim perpetuò circa infinita bona.

Quemadmodū ergo superius sphēricam figuram Sponso tribuendam diximus, propter operum perfectiō nem, ita & Sponsæ vmbilico siue cupiditati eadem figura accommodāda sit, ut poterit quæ æterna semper desyderet, & illis semper oblectetur: neque huius vasis amplitudinem, aliud quam æternum implere posset. Cetera, etiam si inservient, respuit crater hic tornatili: nihil hinc terrenum, luteumve capit: Bene proinde tornatili crater, siue rotundus, & sphēricus. Est autem plenus crater hic desyderio æternorum bonorum. Expectantibus nobis, non quæ videntur, sed quæ non videntur. Et crater appellatur vmbilicus Sponsæ, quoniam quæcumque concipit, cupit, desyderat, non tantum sibi, sed & alijs propinandum accipit. Obstat rem, non solùm rotundus vmbilicus dicitur, sed & crater rotundus, ut nomine vasis propinationem intelligas. Nō enim aliud patiatut charitas ipsa Sponsæ erga charissimum Sponsum, quād ut cōceptus, cœlestes partus, desyderia omnia, & appetentias animis sipientibus libenter porrigat. Pau. Iapiens & insipientibus debitorem te fatebarur. Euangelium prædicare cupiebat, & quam acceperat gratiā & functionem, Romanis, Barbaris, Scythis, tanquam vase quodam infusam propinari curabat: operabatur matibus, sollicitus erat: quidquid denique in Pau. erat, immo totus ipse Paulus, proximis ministrabat, adeo ut dixerit, Ut omnes lucri facerem, me omnium feci seruum.

<sup>Rom. xi</sup>  
Venter tuus sicut aceruus tritici vallat lilijs. Duo vberatua, sicut duo binruli gemelli capreae. Collū tuum sicut turris eburnea.

<sup>1, Cor.,</sup>  
Aceruus

**A**ceruus hoc loco non est cumulus tritici paleis expurgati, sed tritici qui adhuc sit in arista. Vétris nomine non illam corporis partem intelligamus, in quam dilabuntur ciborum feces iam decoctæ, ut sit idē venter quod alius: sed illam potius quæ foetus seu conceptus retinet, quam etiam matricem dicimus. Diximus superius de conceptibus his sponsæ, & de defuderio, & appetentia æternorum: Spōsa proinde quāuis alimentum cœlestis & grana cōcipiat, sed interim q̄ in carne versatur, repullulantibus subinde affectibus veteris hominis, nusquam deerunt paleæ carnalium cogitationū. Quemadmodum enim area totius Ecclesiae nōdum est expurgata, sed adhuc bonis mali sunt permixti, ita etiam & cuiusque sancti animi area expurgata nondum est: sed sunt grana ista paleis permixta: corp' enim quod corruptitur aggrauat animam. Christus sponsam suam, Ecclesiam scilicet, sogenæ assimilabat, bonis malisque piscibus refertæ: Ecclesia eadem opera aceruo tritici siue areæ, quæ nondum sit paleis expurgata: sic etiam & venter sponsæ tritici aceruo. Solet Scriptura sacra electos omnes tritico assimilare, perditos verò & profligatos, paleis, alijsque rebus inutilibus. Sic Ioann. Baptista apud Matth. Cuius ventilabrum in manu eius: triticum congregabit in horrea. Ad eundem modum & peculiaris cuiusque sancti hominis area in mortali vita paleas semper permixtas tritico habebit. Triticum appello electos cogitatus, qui in ventre sponsæ versantur, tanquam foetus ab Spiritu sancto geniti. Quæ sint grana ista, Pau. aperte declarat, cum inquit. Velle mihi adiacet. Et iterum, Codelector legi Dei secundū

Sap. 9.

Matt. 13.

March. 3.

Hom. 7.

interiorem hominem. Et granum etiam dixerim, legem illam spiritus, siue legem mentis, de qua multis in locis idem Pau. Palleas verò intelligam⁹, quod sequitur: Quod odi malum, illud facio. Et item. Perficere bonum non inuenio. Et lex illa carnis, quæ repugnabat legi spiritus, quam Paul⁹ legem membrorum dicit. Itaque nostri animi ventriculus, quamvis grana contineat selectissima, semper tamen paleas habet & aristas, quo usque fiat id, quod Pau. dixit: Quod mortale est absorbeatur à vita: cùm se illicet quidquid in sponsa mortale est, quidquid fragile atque terrenum, quidquid habuit ortum ex peccato, absorbeatur à vita. Quamvis autem sponsæ venter paleas permixtas habeat tritico, est tamē hic aceruus lilijs vallatus. Nomine autem liliorum, vt superius diximus, bona quæcunque opera, quæ sui fragrantia possint optimam opinionem, aut celebre nōmē gignere, intelligimus semper. Itaque venter sponsæ lilijs erit vallatus, neq; hic tritici aceruus sine bonis operibus erit. Fides enim per dilectionē semper operabitur, quāvis lex illa membrorum paleas generet, & alias etiā herbas noxias. Sic legimus de Abrahā, de Mose, deq; alijs permultis. Sequentem versiculū ex polui cap. 4. De turre eburiea, dic vt superius de collo sponsæ, quæ similis erat turri David, ædificata cum propugnaculis.

Gala. 5.

Oculi tui sicut piscine in Hesebon, quæ sunt in portæ filiæ multitudinis.

**O**culos sponsæ, quos superius colubinos appellabat, similes facit piscine in Esebō. Esebō autem iuxta He-

Hebreorum sententiam, nomen est  
ciuitatis ultra Iordanem (de qua ha-  
betur, Ignis egressus est de Ebeson)  
qua ciuitate forsan piscinæ erant,  
aque clarissimæ, pellucetes & chry-  
stalinæ. Et iuxta portam, quæ Bath  
Rabbin appellaretur, piscina sita e-  
rat. Porta autem illa filia multitudo-  
nis appellatur: quod frequentes  
hominum concursus & multitudo  
ingens ad eam portam conueniret,  
causa obiectandi oculos, & relaxan-  
di animum, ut fieri solet. Sunt qui ve-  
lint dictionem Hebraicam יְהוּן nu-  
merum potius seu computatione si-  
gnificare, ut sit numerus. 101. Eritq;  
tenus: piscinæ in Ebeson, quasi di-  
cas piscinæ quæ habentur magna re-  
putatione. Fuit à nobis superius an-  
notatum, Scripturam sacram inter-  
dum voces quasdam fingere, ad ex-  
primenda arcana, mysteria quæ diui-  
na: veluti cum ciuitas Ierusalem a-  
pud Prophetam appellatur volun-  
tas mea in ea. Appellaberis (inquit)  
voluntas mea in ea: & terra tua in-  
habitabitur. Et aliquando, Appella-  
beris ciuitas sancta. Et apud prophe-  
tam Oream. Vocabo non populum  
meum, populum meum: & non mi-  
sericordiam consequantam, miseri-  
cordiam consequoram. De Christo  
R.N. multa exprimuntur in literis  
sacris, quæ pertinent ad illius ma-  
gnitudinem & excellentiam, per vo-  
ces factas, & ab Spiritu sancto exco-  
gitatas: veluti cum appellatur He-  
manuel: cum iterum, Vir prælij: &  
Festina præclaræ: & apud Zachari,  
appellatur Germæ. De quibus omni-  
bus fusiis super Esiam disputauim-  
us. Hec eo à nobis dicta sunt, ut in-  
telligamus, Salomonem plenum spi-  
ritu Dei (quoniam de rebus futuris,  
& exactis iam temporibus vaticina-  
retur: quemadmodum Prophetæ so-

*Ezai. 62*  
*Osee. I*

lent) toto hoc versiculo voces quas  
dam fixisse, & excogitasse, ad expri-  
menda mysteria quædam, & arca-  
na abstrusiora: ita ut tota huius car-  
minis intelligentia pendeat ab ista-  
rum vocum etymologia. Plato, Phi-  
losophorum princeps, factam & ad-  
umbratam ciuitatem excogitauit,  
qualē remp. esse oporteret. Atque  
ita quam neque unquam audierat,  
neque unquam viderat, mentis ta-  
men oculis complesteretur, descri-  
bendam putauit: ut facta illa & um-  
bratili ciuitate, hi, quib⁹ munus hoc  
delegatum est rem pub. administrā-  
di, instrui possent. Xenophon ille So-  
craticus, & ipse rebus factis voluit  
sapientis personam informare, in  
eo lib. quem κύρος παιδίας appella-  
uit: ut ex intimo philosophic⁹ finu, re-  
gis iusti & sapientis disciplina pro-  
cederet. Ad eundem modum præ-  
stantissimus philosophorum Salo-  
mon, illustrisque vates, ad exprimē-  
da obscurius aliquantulū arcana di-  
uinæ, de quibus est statim dicēdū,  
fixit ciuitatē quandā Elebon, cui⁹  
porta, quæ celeberrima esset interce-  
teras, Bath Rabbin appellaret iuxta  
eam piscinæ, Hebraice בֵּית־חַדְרָה: no-  
men etiam (ut arbitror) à Salomo-  
ne inuentum & excogitatum pro-  
pter eadē causas. Totū ergo my-  
sterium huius versiculi cruendum  
est ab ipsa etymologia vocum. Vox  
ista, pro qua noster interpres verit,  
piscinā, aut piscinas, benedictiones  
sonat, à verbo בְּתַחַדְרָה: Hesbon vero co-  
gitationes: Bath Rabbin, filiam mul-  
titudinis, ut habet nostra æditio. No-  
bis itaque proponit sapientissimus  
homo, quamvis obscurissime, myste-  
rium pronissionis illius, de semine  
venturo, in quo benedicendæ erant  
omnes gentes, quem admodum legi  
in Gente. Nomine proinde oculo  
*Gen. 131.  
et 15. et 22.*

rum

rum, mentem & rationem Sponsæ  
 intelligamus instructâ Fide, Char-  
 itate, & Spe, & insigni illa pruden-  
 tia divina, de qua egimus superius.  
 Hæc promissio a pertissime facta  
 fuit sanctissimo patriarchæ, quâuis  
 obscurius aliquantulū & primis no-  
 stris parétab<sup>o</sup>, cū dicitur Gene. 3. In-  
Gen. 3.  
Gen. 12. initiciias ponam inter te & mulierē,  
 et inter semen tuum & semen illius.  
 Expressi<sup>o</sup> tamē, vt dixim<sup>o</sup>. c. 12. Egre-  
 dere de terra tua, faciamq; te in gé-  
 tem magnam, & benedicam tibi &  
 magnificabo nomen tuum, erisque  
 benedictus. Benedicam benedicenti-  
 bus tibi, & maledicam maledicenti-  
 bus, &c. Pollicetur homini senio cō-  
 festo, ex uxore sterili, non solum fi-  
 lios carnis, sed fidei, & devotionis,  
 virtutumq; hæredes: quos vir san-  
 ctus pluris habebat, quam filios iux-  
 ta carnis propaginem. Quod autem  
 habet noster textus. Et eris benedi-  
 ctus, Hebræa habent רְכָה בְּ eris be-  
 nedictio. Hebraism<sup>o</sup> est, de nominatio-  
 ne enim pro re denominata sumi-  
 tur. Vix dicat vñquam Hebraica  
 lingua: Id esse falsum, sed falsitatem  
 neque verum, sed veritatem. Sic Scri-  
 pturæ sacræ semen illud sanctissimum  
 in quo erant benedicendæ omnes  
 gentes, benedictionem & saluatio-  
 nem appellant. Inquit enim, eris be-  
 nedictio in semine tuo Christo, qui  
 gentium erit expectatio: per quem  
 suscipient benedictionem iustitiae,  
 & sanctitatis: ita vt si quis proximo  
 bene precari vellet, optet ei fieri  
 à Deo, id quod faciet vel factum es-  
 set tibi. Benedicentur in te omnes  
 familiæ terræ: quasi dicat, gloria-  
 buntur omnium terrarum, gentium,  
 sæculorum, omnes familiæ fideliū  
 in semine tuo Christo: tuos se filios  
 iuxta fidem, iactabūt: gloriosus eris  
 omnium opinione gentium, non so-

lum Israëlitatum, vel Israëlitarū:  
 in te bene dicentur vniuersæ cognati-  
 ones terre: hoc est, in Christo scini  
 ne tuo nascituro, per fidem & chari-  
 tam, gloriam, & gratiam assequen-  
 tur. Habes in his quæ diximus, bene-  
 dictiōnem omnium gentium in se-  
 mine Abrahæ: habes multitudinem  
 gentium in unum collectam: totum  
 scilicet orbem: ita vt facile iam per-  
 spicere possis, quæ sit benedictio il-  
 la, pro qua noster interpres verit, perscinam, quæ sit filia multitudinis.  
 Dicendum tamen est de Hesebon.  
 Gen. 15. Eduxit Deus Abraham fo-  
 ras, & ait illi: suspicere cœlum, & nu-  
 mera stellas si potes. Sic erit semen  
 tuum, Dixerat ad Abraham, fu-  
 ram illius posteritatem, tanquam  
 puluerē terre: nunc verò stellis cœli  
 assimilatur. Quamuis enim multi  
 essent propagandi carnales, terreni,  
 aridi, & bonis operibus infœcundi:  
 hic verò promittitur illi posteritas  
 per imitationem fidei, dilatanda cœ-  
 lesti felicitate, sublimis & resurrec-  
 tionis lumine coruscans, vt stellæ:  
 secundum quam pater omnium gé-  
 tum Abraham nuncupatus est. Nonā 1. Cor. 15,  
 sicut alia claritas solis, & alia clari-  
 tas luhæ, & alia claritas stellarum,  
 & stella etiam differt ab stella in cla-  
 ritate: sic non solū alia gloria Dei,  
 alia gloria sanctorum, sed ipsi etiā  
 differentem ab iniucem filij Abra-  
 hæ gloriā pro meritis accipiunt.  
 Credidit ( inquit ) Abraham Deo,  
 & reputatum est ei ad iustitiā: hoc Rom. 4.  
 est, fides Abrahæ assensus, ille méritis  
 & rationis, reputata est à Deo iusti-  
 tia, vel iustificatio, vel probitas.  
 Credidit simpliciter verbo Dei, nō  
 postulauit signum à Domino, im-  
 putatum est illi pro iustitia, non ca-  
 dumtaxat fides qua Deus creditur  
 verax, omnipotens, creator, guber-  
nator,

nator, quæ etiam dæmones credunt:  
sed qua creditur propensus Deus in  
bonum nostrum, quod nobis sit be-  
nevolus pater, quod & sua nobis da-  
turus sit, quæd de nobis curam ge-  
rat fidelissimam, ei adhærere & fide-  
re, & totum illi committere, de so-  
lo illius beneplacito gaudere, trista-  
ri de omni peccato, in eius gloriam  
omnia opera dirigere & deslinare.  
**Qu**amuis itaque fides sanctissimi  
Patriarchæ, talis fuerit, illa tamen  
huius fidei pars præcipua habita est,  
quod in semine illius essent omnes  
gētes benedicēdæ. Hæc est fides, quæ  
per dilectionē operat, vt ait Apost.  
**Gala. 5.** (de qua in Actis Aposto. In hoc scili-  
**Act. 13.** cet Christo, omnis qui credit iustifi-  
catur.) Hæc enim vna fuit ratio sem-  
per inueniendæ iustitiæ, fide, huic  
promissioni primis parentib⁹ factæ,  
(expressius tamen sanctissimo Pa-  
triarchæ) intellectu, mēte, & ratione  
constantē adhærere: adeò, vt Paul.  
Apost. ad Rom. scribens, eos omnes  
**Rom. 9.** qui per fidem Christo adhærerent,  
filios promissionis appellat. Non  
omnes qui sunt ex Israël sūt Israëli-  
tæ, neq; omnes qui sunt semē Abra-  
hæ statim sunt filij: sed in Isaac (in-  
quit) vocabit tibi semē. Hoc est: (vt  
ille inquit) non qui filij carnis filij  
Dei, sed qui sunt filij promissionis  
recensentur in semen. Cū ergo fi-  
des, quæ intellectus operatio est,  
diuino præsidio nostram imbellici-  
tatem iuuante, fides inquam bene-  
dictionis huius ab homine condi-  
to, vel à primo scelere semper fue-  
rit causa salutis, facile erit coniecta-  
re (quando Hælebon cogitatus signi-  
ficat, & ipsam intellectus operatio-  
nem) quid Salomon etiam hoc no-  
mine voluerit exprimere, tum etiā,  
& superioribus illis. Oculi sunt  
mēs, ratio, intellectus: Hælebon vero,

cogitatus, vel firmes & cōstātes cogi-  
tationes Fidei. Dictione בָּרוּךְ־  
pro qua noster interpres piscinas  
vertit, benedictiones iure intelliga-  
mus: per portam quæ filia est multi-  
tudinis, totam Abrahæ posterita-  
tem, quæ stelis cœli, & terræ pulue-  
ri, & arenæ maris assimilatur. Paul. **Gala. 3.**  
Apost. eandem ipsam rem ad Galas  
scribēs, aperte demonstrat. Chri-  
stus (inquit) nos redemit de maledi-  
cto legis, factus pro nobis execratio,  
sicut maledictū: quia scriptum est,  
Maledictus cinnis quipendet in li- **Deut. 23.**  
gno. Eram⁹ omnes obnoxij maledi-  
cto: Christ⁹ eam malæctionē in se trā-  
stulit, perinde faciēs, ac si morti adiū-  
dicato quopiam, aliis insontis illius  
damnati vice sponte morieras, cum  
cripiat. Id fecit Christus (inquit Paulus)  
Ut in Gētes veniret benedictio  
Abrahæ in Christo Iesu. Cū audis  
benedictionem, audis & dictio-  
nem piscinæ: cū audis Gentes, au-  
dis etiam & filiam multitudinis.  
Adiecit Paul. Ut pollicitationē Spi-  
ritus accipiam⁹ per fidē. Fides, intel-  
lectus est operatio, fides ad cogitat⁹  
pertinet. Habes ergo in fide dictio-  
nem Hælebon. Hæc enim cogitatio  
& mentis adhæsio, quæ oculos Spō  
sæ pulcherrimos efficiebat à primo  
scelere & peccato, iure Hælebon ap-  
pelletur. Habes ergo paucis germa-  
num huius loci sensum comprehen-  
sum, si dicas: Intellectus Sponsæ te-  
net promissiones in semine promis-  
so, quæ benedictio est, ad portam fi-  
liæ multitudinis, hoc est, in multitu-  
dinē Gentium à Christo deriuata est.  
Nec dubito quin Salomon, si Pis-  
cinas legamus, æternitatem quadam  
benedictionis huius, quæ à se-  
mine sancto & benedictio in Gentes  
omnes deriuata est, significare vo-  
luerit. Nam Piscinæ nomine, æter-  
nas

nas aquas iugi ac perenni vena manentes intelligas. Sponsa enim Christi a condito primo homine benedictionem istam accepit, & a primo homine beneficio Sponsi, in omnes filios Adae, qui Fide, & Charitate illi adhaeserunt deriuata est, eamque retinebit Sponsa, non solum usque ad ipsam saeculi consumationem, sed post interitum totius creaturæ, in æternam huius benedictionis possessionem mittetur.

*N*asus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

1. Par. 11  
2. Re. 15 H  
Ebrei arbitrantur Salomonem, turrem Libani appellare, eam quæ esset sita in extremitate terræ promissionis, propter impetus & in cursu Syrorum, quorum erat metropolis Damascus: qui frequenter populo Israælitico fuerunt infensi, hostes & inimici. Assimilatur nasus Sponsæ hūic turri, non magnitudinis causa, sed dispositionis potius. Erat enim turris Libani, nō quemadmodum turris David, siue arx Sion, ædificata cum propugnaculis, siue mergulis, aut eminentijs: sed æqua erat, plana & perpolita, & in altitudinem tantisper acuminata. Quæ omnia si ad nasum Sponsæ transferantur, facile sit deprehendere, quæ in re venustas huius similitudinis sita sit. Sed ut hæc vera sint, mihi videt similius vero, ut quavis dicendi figura sumatur à turre Libani, quæ contra Damascum respiciebat, quæ esset structa ad retundendos impetus hostium, Salomo voces istas Libani & Damasci usurparit potius propter etymologias vocum, & significantias, quam propter res ipsas, aut ipsarum rerum naturas. Ad erendum proinde sensum germanum

huius loci est magno pere aduentum, dictionem Hebraicam quæ significare, nunc quidem faciem, nūc verò nasum. Natus autem in sacris literis indignationem aliquando, iram, vindictam, fortitudinem, & abundantiam significat. Est igitur sensus natus tuus audacia ipsa instar turris Libani. Ut nomine turris, ingenitatem Sponsæ fortitudinem intelligas. Libanus autem signifi cat candom, ut tota Sponsæ audacia, quæ in naribus vultuq; apparet, depugnet ad tuendum animi candorem, pulchritudinem, venustatem, virtutem innocentiam & integritatem, quæ illi a condito orbe contigit, per fidem in semel illud benedictum, ut superius diximus. Audacia autem Sponsæ se exerit maxime aduersus ciuitatem Damascum: ut per Damascum iuxta nominis etymologiæ, saccum sanguinis intelligas, carnem scilicet & sanguinem, vel sanguinem & corpus. Est enim Sponsæ, fuitque semper grauis proposita dimicatio, ex turre Libani aduersus carnem & sanguinem, aduersus Principes & potestates tenebrarum, quasi dicas, aduersus Syrios.

*Caput tuum ut carmelus: et comæ capitis tui sicut purpura regis + vincula tuenda canalibus.*

Ephe. 6  
Re. 24  
Esai. 76 M  
Ons Carmelus in sacris literis celebratissimus est, tum quod in altitudine nimium sit surrectus, tum quod ferax sit & fœcundus usque ad admirationem. Propter illius feracitatem, & quod pascendis pecoribus esset aptissimus, possessio Nabali hominis ditissimi dicitur esse in Carmelo. Esai. inter cæteras comminationes & penas grauissimas

S 2 popu-

populo Israëlitico intentatas, præcipua est: Ausseretur lætitia & cœxultatio de Carmelo. Quoniam fertilitate ipsa, & fœcunditate oculos intuentium mirum in modum oblectaret, rotamque illam regionem diuitem efficeret, & opulentā.

**Esa. 33.** Et cum Assyriis insultaret idē propheta, propter vberatem huius montis illos etiam assimilabat Carmelo. Conclusa (inquit) est Basam & Car-

**Esa. 35.** melus. Consolatur itē. c. 35. Gētes omnes, per Anagogem multa loquuntur de temporibus Christi. Gloria Libani (inquit) dabitur ei splendor Carmeli & Saron, nempe deserto & solitudini, & terræ aridæ & squalenti. Hierœ, inter cetera beneficia, quæ Sponsus commemorat, ad exagitandum ingratitudinem Sponsi, hoc unum præcipuum habetur. Introduxi vos in terram Carmeli.

**Amos. 1.** Et Amos, Excitatus est vertex Carmeli. Frequens est in Scripturis sacris quæcumque sunt optima, pretiosissima, commoda, vtilia, montibus fecundissimis locisque vberimis assimilare. Toto autem hoc epithalamio celebrantur montes aliquot, ut Carmelus, Basam, Libanus: quæ admodum apud Maronem Menalus cum inquit: incipe Menalios, &c.

**Eccle. 8.** Et Menalus, argutūq; nemus, &c. Caput itaque Sponsæ, iuxta Scripturarum sanctorum morem, Carmelo assimilat: primo propter vberatem loci. Quemadmodum enim mons ille abundabat herbis, frutetis, arboribus omnis generis, ita etiam singitur caput Sponsæ, quod cogitationum est domicilium, propriaque sedes, varijs cogitatis, quasi diccas, herbis, frugibus, frutetisque abundantasse. Paucia proinde montis Carmeli, arbores, & fruteta, Sponsæ cogitationes sunt. Sæpe enim

caput pro ingenio, pro acumine mentis usurpamus Latini: continēs pro contento: veluti cum dicimus, o malum caput, & bonum caput. Secundò, Sponsæ cogitatus assimilantur arboribus: nam vix alia re natura & ingenium siue honorum siue malorum æque luculenter, atque perspicue exprimitur. Boni siquidē & qui appellatione Sponsæ digni habentur, non sibi vinunt, sed alijs, & omnibus fructuosi sunt: & de aliorum commodis semper cogitant: id quod de sancto Noë, Abrahā, Ioseph, Moïse refert historia sacra. Paulus Apost. nihil aliud cogitabat, quā ut pro aliorum animis scipsum impenderet, & super impenderet: pro omnibꝫ orat, collachrymatur, optat anathema esse pro fratribus suis. Bene igitur Sponsæ illius cogitata assimilantur Carmelo propter frugiferas arbores, & gratissimas herbas: quemadmodum frequenter perditi homines infrugiferis arboribus assimilantur, nonnunquam pungentibus spirinis. Tertiò, Sponsæ cogitatus assimilantur Carmelo, loco vtilissimo & accommodatissimo: quod sancti homines à condito mundo nusquam vana specie sanctimoniaz se ostentauerint, neq; externa cérémoniarum pompa se iactauerint; sed sincero semper pietatis studio vero fidei operumque virore aliorum animos excitauerint in gloriam & laudem Dei. Quemadmodum ergo improbi homines montibus assimilantur altissimis, propter eorum incredibilem superbiam & arrogatiā, montibus tamen aridis & sterilibus: & si aliquando contingat illos montibus & collibus, assimilare arboribus confitis, arbores tamen sunt quæ præter externum virorem nil habent vtilitatis (carum enim

enim arborum natura mirum est, quam luculenter, & perspicue exprimat malorum se iactantium hypocrism & suctum pietatis studii:) igitur quoniā Carmelus eis herbis arboribusq; abundaret, quæ essent utiles & frugiferæ, consilia Sponsæ illiusque cogitatus Carmelo monti assimilantur appellatione capitatis. Quartò, caput Sponsæ assimilatur Carmelo, quod non solum utilis esset propter adductas iam causas, sed quod perpetuò virerer mons ille. Sponsa enim, & quicunque animus Dei cupidus & amans, cogitat semper, quomodo decentissima totius vitae ratione, omnia dicat agatque: tanquam Carmelus semper frōdens & vernans, præter fructus operum, gratissimo quoque coniunctu ecū amœna vimbra, & virores quolibet oblectet. In sanctis enim, vt in Carmelo monte, omnia sunt usui & oblectationi: omnibus enim omnia fieri enixissimè studēt: ut omittam, quod in literis sacris frequēs est mētio de gaudio & exultatione Carmeli: id quod ad gaudium, qui fructus est Spiritus, quem Sponsa concipit, referri potest. Caput assimilat Carmelo propter adductas causas & rationes: comā vero capitis assimilat purpuræ regiae, quæ coniuncta sit canalibus. Principiò purpuram regis dixit, quod antiquitus trabea regia ex purpura fieret: & Tullum Hostiliū primū è regibus usum, Herruscis deuictis legimus. Consule Cicerone, Dibaphadiebat purpura quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes penè commodiores purpuræ tinguntur. Fersan & regia appellatur purpura, quod Salomon rex potenterissimus & opulentissimus, ut ceteris rebus, ita etiam & purpura abun-

daret vñque ad miraculum. Capillos proinde Sponsæ assimilat purpuræ regiae, propter decentissimum colorē, qui ruborem purpuræ quodammodo imitaretur: id quod venustatem foeminarum auget incredibiliter. Quid verò quod sequitur: [Coniuncta canalibus?] Ego per canales vas a infectoria, quibus purpura tinguntur siue inficitur, intelligo. Cum autem purpura his vasis aut canalibus ligata est aut coniuncta, illius color, cum recens sit, magis viget. Nam temporis progressu non nihil deflorescit. Pertinet itaq; ad rei ipsius exaggerationem, quod dicitur: [luncta canalibus.] Nam quæ Caldæus interpres & Hebræorum plerique in hunc locum cōgesseré de canalibus, & virgis decorticatis à sancto Jacob, nunquam mihi Gen. 30. probari potuerunt. Superius appellatione capitis Carmelo monti assimi- milati, declarabat Sponsus utilitatem, commoditatem, vertutem cogitatum & consiliorum Sponsæ: nunc vero similitudine purpuræ, quæ adhuc decurrentem per canales conchili, fuceum excipiat, ostendit, quomodo Sponsæ cogitatus referant principium illud, & originē unde deriuantur: ut intelligas, nō solum quanta sit utilitas consiliorum, sed & illud maximè, cuius naturam referant hi cogitatus. Aduictito proinde, quoniam Sponsæ cogitatus & consilia admirabili quadam ratione, quamvis ab humano intellectu, ratione, & mente proficiuntur: semper tamen imaginem quandam præse ferunt naturæ & ingenij charitatis: & tales sunt cogitatus hi, qualis est charitas ipsa. Inter cetera autem dona nullum est, quod atque exprimat naturam diuinam, atque charitas ipsa, adeò ut Ioannes 2. Ioan. 4.

Euág. constantē affirmet, Deū esse  
charitatē. Et qui manet in charitate  
(inquit) in Deo manet, & Deº in eo.  
Itaq; si quāras vnde Spōlē cogitat⁹  
admiranda quædā & stupenda pos-  
sunt efficere: vnde ea quæ hacēnus  
diximus, possint habere, cū ab hu-  
mano ingenio proficiscantur: Con-  
sidera vnde lana, quæ tua natura cā-  
dida est, naturam muricis & purpu-  
ræ immitetur: nēcpe quēd carmina-  
ta certis horis mergit⁹, donec omnē  
ebibat sanies, arque inde nitorem  
contrahit, qui tant⁹ opere ab homini-  
bus expetitur. Excitatur ergo gra-  
tiosus color in lana reseratque na-  
turam & originem eius rei vnde  
cruor ille & sanies deriuatur. Multa  
cogitat Spōsa, vt in Paulo, ceteril-  
que viris, sanctissimis liceat depre-  
hendere: in quibus non tant⁹ car-  
minata in lanā & pexā, hoc est, non  
tant⁹ heimani intellectus operā, &  
vires & facultates possis intueri, sed  
multo magis naturā muricis & pur-  
pure, hoc est, naturā diuinā & Spōlū  
ipsū, à quo veluti per canales in Spō-  
sam diriuatur color hic purpureus  
charitatis: ita vt quēd modū imme-  
sa lana in cruce, aut coniuncta cana-  
libus, per quas defluit sanies purpu-  
ræ, postquā colorem audius haesit,  
iam illius naturam vix agnoscas, ar-  
millo proprio colore (tota enim trā-  
fit quodammodo in naturam murici-  
cis: virtutes accipit & facultates à  
cruore ipso, quas suapte natura nō  
habebat) ad eundem modum & pro-  
pter infusa charitatis dona, Fidei, &  
Spei, cogitatus Spōsæ pocius refe-  
runt diuinitatem ipsam, quam te-  
nuitatem, & exiguitatem huma-  
nitatis mentis. Neque mirum est, quam  
do Deus charitas est, & per charita-  
tis dona eō dignitatis euchitur Spō-  
sa, vt diuinæ naturæ particeps ef-

ficiatur. Sic habet Apostolus. Vt per 1. Pet. 2.  
hoc efficiamur confortes diuinę na-  
turæ. Euchitur enim ad bona Spon-  
sa connaturalia. Est etiam & illud  
obseruandum, quod purpura nitore  
rem contrahit, & gratissimum colo-  
rem, sanguine aut cruce mūris.  
Vnde apud veteres mortis Symbo-  
lum purpura erat. Et apud Homē  
rum, mortis epithetō purpura est,  
scilicet purpura mors: Vt intelli-  
gas, Spōsam à condito mundo vi-  
que ad aducutum Christi R. N. &  
ab aduentu usque ad ipsam saeculi  
consumationem incredibilia que-  
dam fuisse agrestam supra huma-  
nas vires & facultates: adeò, vt ex  
mundo, carne, Sathanā, egregios fre-  
quenter reportauerit triūphos: quem  
admodum Pau. ad Hebræos scribēs  
testatur de fidē viua, sic dicens: San-  
cti per fidem vicerunt regna a deo  
sunt re promissiones, obturauerunt  
ora leonum, extinxerunt impetum  
ignis, effugiarunt aciem gladij, &c.  
Res est mirabilis admodum, tan-  
tum opus humanam mentem po-  
tuisse concipere, vt neque ultimum  
terribilium pertimesceret, mortem  
scilicet, superaret leones & gladios.  
Ioánes Euág. Hæc est (inquit) victo-  
ria quæ vincit mundum, fides nostra.  
Et quis est qui vincit mundum, nisi 1. Ioan. 5  
qui credit quoniam Iesus est filius  
Dei? Hic est qui venit per aquam &  
sanguinem Iesus Christus, nō in aqua  
solum sed in aqua & sanguine. Vt  
si per purpura & sanguinem mu-  
ricis, mortem intelligas, Spōsi cogi-  
tatus incredibilia quēdam effecere,  
quēd sanguine & cruce Christi Ie-  
sa fuerint infecti, quēd modū pur-  
pura regis. Christi sanguis, & mors  
Sathanā prostravit, illius imperium  
subuertit. Spōli cogitat⁹ morte ista  
& sanguine infecti, qd mirū est, si tot  
mira-

**Apoc. 1;** mirabilia operentur. Fuit autem Christus, agnus occisus ab origine mundi. Quamuis enim in tempore a parte celesti destinato, atroci supplicio fuerit peremptus: semper tamen ille sanguis veluti per canales lanas inficiebat: hoc est, cogitatus Sponsus per infusa dona efficiebat validos, robustos, ut Sarhanam, mundum, carnem, denique mortem superaret.

*Quām pulchra es, & quām decora  
charissima, in deliciis. Statura  
assimilata est palma, & vbera tua  
botris.*

**C**olligit Sponsus, quae superius dixerat multo fusi. **Quemadmodum** & Sponsa post Sponte precepia dixerat, Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, ita & nunc Spōsus [Quām pulchra es, &c.] Staturam autem Sponte assimilat palmæ, quae inter cæteras arbores visendæ est proceritatis. Artificiole vero post laudes Sponsæ, palmæ assimilatur eius statura. Parum enim prodest multis virtutum ornamenti clarum esse & insignem, nisi ad sit perseverantia usque in finem.

**Math. 10:** Qui perseverauerit usque in finem saluus erit. Palmarum cedit ponderi, sed aduersus grauissima pondera surgit: obcamq; rem victoribus tradebatur præmium, quod nulli cesserint, sed pertinaces in bello persistenterint. Plutarchus in certaminib: palmæ signum esse placuit victoriæ: quoniam ingenij huiusmodi lignum est, ut virginibus opprimetibusque non cedat. Habuit Sponsa pertinaciam istam palmæ a condito mundo, quæ nullis temptationibus unquam succubuit. **Paulus ad Corint.** In omnibus tribulationem patimus, sed non

angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutione patimus, sed non derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur: deiiciamur, sed non perimus. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in cordibus nostris. Adeò temptationibus non succubuit Abraham patriarcha, Moses, Noë, ut per omnia tentati infraest semper animū pfecteriorint. Aperte hæc ostendit Paul. **cū ad Ro.** inquit: **Rom. 5:** Gloriamur in tribulationibus, quoniam tribulatio patientia operat, &c. In vino, præter autoritatem prophenorum autorum, Scriptura sacra duo proponit consideranda: letitiam scilicet & fortitudinem. De letitia, Vinum letificat cor hominis: de fortitudine verò, **Ezdræ 3:** fortissimum appellat vinum: Praeualeat (inquit) omniibus hominibus qui bibunt illud: seducit mentem, regis & orphani facit mentem unam. Et de alacritate & gaudio: Omnem mentem (inquit) conuertit in iocunditatem. Habet itaque in vino gaudium sanctorum in tribulationibus, habet & fortitudinem. Sed vinum cum adhuc est in botro, si expressum illico bibatur, facilius inebriat. Mustum enim est vaporosum, propter humidum spiritale aereumque minime coactum & constipatum: obcamq; rem præoccupat cerebri vias & animales virtutes præpedit.

*Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius.*

**I**dem est sensus huius versiculi & superioris illius: [Veni in hortum meum soror mea.] Nam quædam dum illic Sponsus descendebat in **S. 4 hortum**

hortum, ut pietatis opera, quæ Spōfa effecisset, egregiosque fructus fidei & charitatis decerpere: sic etiā in palmam se dicit ascenturum, ut illius fructus & palmites colligat. Vide initium capit. quinti.

*Et erunt vbera tua sicut botri vineæ:  
et odororis tui sicut odor marlorum. Guttur tuum sicut vi-*  
*nūm optimum, dignum dilectione*  
*meo ad petandum, labijsque et*  
*dentibus ilius ad iuminandum.*

**V**Erba sunt deprecantis potius quam denuntiantis, aut imperantis. Nam Heb. 2:1 frequentē imperatiuis vtuntur pro optatiuis. Est itaq; Iesus. Sint obsecro vbera tua si cut botri vineæ, & odor otis tui si cut odoramētorū. Diximus in superioribus, quid diuina philosophia boni odoris appellatione intelligat: quoniam non solum nominis celebritatem & famam, sed & quæcumque opera egregia, quibus celebre & immortale nomen comparamus. Pau. Nos bon<sup>o</sup> odor Christi sumus, Quemadmodum contrā impij doctores & discipuli non sunt bonus odor Christi, sed fætor Sathanæ, & sulphur graueolentissimum, quod pluens in ira tua Dominus in eis abundat: quemadmodum olim in Ægypto, & Sodoma factum legimus. Odor itaq; bonus, siue in Thy miamate illo veteris testamenti, siue in alijs odoratis, de quibus frequenter fit memio, sanctorum significat mētis recessus, bona opera, sanctas orationes. Apoc. 8. Stetit angelus ante altare habens turibulum aurum, & data sunt illi incēsa multa, ut daret de orationibus sancto-

rum omnium, & ascendit fumus aromatum, &c. Hæc oratio per thymiamata & odoramenta expressa diuino furori opponitur: ut habes Exod. 32 exemplum in Mose. Ezechiel de Ezec. 20 codem odore, In odore suavitatis suscipiam vos. Vaticinum est de rebus futuris. Vbi odor significat totam felicitatem regni Christi Iesu. Confitebimini, annuntiabitis, celebrabitis nomen meum, creditis verbo & Evangelio, gratias ageris pro suscepto beneficio, ea quæ pensabitis optimis pietatis operibus. Duo proinde præsenti carmine Spōsus ab Sponsa exigit: bonum odorem, in odoratis & pomis: calorem & nouas vires, in vino. Per odorem intelligas, ea quæ diximus. Mirifice enim delectatur Sponsus nostris optimis cogitatibus, egregijsque operibus: quemadmodum olim Genes. 8. Gen. 8 sanctissimo viro Noë offerente sacrificium, odoratus est odore iuventatis. Eadem opera & hic non oportet offendaris crassiori verbo, quasi Sponsus delectetur his odoribus: sed agnolito potius infirmitatem Sponse, cui se attemperat Sponsus per omnia. Ut enim ostenderet animi pietatem & candorem se potissimum exigere à nobis, frequentē bonos odores, & odorata sacrificia exigebat. Et quemadmodum in sacrificijs Noë, illud Sponsum oblectabat, quod minime videbatur, pietas scilicet animi, viua fides, amor & dilectio: ita etiam & cùm ab Sponsa petit odorem otis, qui malorum referat fragrantiam, ea ipsa perit, quæ illum magnopere oblectauerint in sacrificijs Noë. Nam his rebus externis minime oblectari si desit animi pietas, & innocentia, satis ostendit apud Esai. Esai. 11 cùm inquit, Ne ultra offeratis mihi incen-

incensum, res est mihi abominanda. Nam quemadmodum iusti virtus famum & nidorem facit odoris fragrantia: ita apud Iudeos efferentiū nequitia, & beneolens thymiana in abominationem conuertit. Sponsor enim intactur semper in corruptam mentem, petit externa, sed in quantum pietatis nituntur fundamento. Nisi bona inēte incitati hēc faciamus, quæ exterius apparent, nullam nostris laboribus dignam referemus coronam. Habes itaque quid boni odoris nomine. Humana proinde natura duabus plagiis propter primum scelus percussa est: altera est, fœtore malorum operum, & cogitatuum: altera frigus & torpor ad bene operandum. Vtrunque vulnus nititur curare Sponsor presenti carmine. Et aduersus fœtorem malorum operum, odorem opponit malorum: aduersus frigus & torporem circa bona opera, opponit vinum. Vino enim, ut sit obseruatum à viris doctissimis, cōcalescit corpus, aluntur vires, iuuatur nerui, stomachus recreat, appetitia incitatur ciboru, hebetatur curte & tristitia, deniq; expellitur algor. Spōnsa itaque per primum scelus & peccatum, primò fœtore in currit malorum operum. Quamuis enim hēc opera, quæ cum nostra sunt natura coniuncta, ut loqui, tacere, sedere, ambulare, agros colere, plantare vineas, in negotio esse atque in otio, hēc inquam præstare posuit humanus animus quādoque, ita ut neque peccatum admitrat, neque opera ipsa meriti subueant rationem: semper tamen hēc opera contra sceleris maculam efficere, & sine peccati fœtore, non potest, propter confractas vires, & debilitatas per antiquum peccatum: ut

omit tamus quod præcepta fidei & sacramentorum, quæ comitem habent gratiam, nullo pacto imple re potest. Vnde & diuus Thomas inquit, quod quāvis in statu naturæ integrè potuisset homo omnia servare mandata: natura tamen iam saucia, id minime præstare potest, nec diu durare quin decidat in: lumen, & cœnum, & fœtorem peccati. Idquæ experimento abunde comprobatur, homines à diuina gratia & benevolentia alienos, frequentè fœtore peccati & corruptione infici: neque aduersus actus dæmonis & tentationes esse validos. Neque argumenta illud aliquid habet consequentia: Potest homo vnam aut alterum incursionem sustinere, vnam, aut alteram corruptionem peccati fugere, possit ergo omnes. Contrarium comprobatur experimentum in homine languenti & valetudinario: Qui quāvis possit passus aliquot rectâ iræ, haud tamen longius progredi. Augusti. lib. de hæresibus: Ad hæresim pertinet Pelagiorum, & credant sine gratia hominem posse facete omnia diuina mandata. Eodem pertinet sanctus Canon concilij Meleuitani, quo anathema pronuntiatur, quicunque dixerit, ideo gratiam iustificationis nobis dari, ut quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius per gratiam possumus implere: quasi si diuina gratia & favor desellet, implere omnia diuina mandata possemus, & tabem omnem peccati & corruptionem fugere. Obreamque rem aduersus Pelagium non solum damnatum est, posse hominem implere omnia diuina mandata proprijs viribus meritari, sed & quod posuit implere omnia, omnēq; sceleris corruptio-

S. s. nem

nem fugere citra diuinam opem.  
Igitur plagam istam natura nostra  
per peccatum accepit, ut omnem  
peccati foetorem & corruptionem  
fugere non possit, sine peculiari Dei  
gratia & auxilio. Quamuis enim in-  
terdum peccatum operis possimus  
fugere, sed foetorem oris, ne scilicet  
verbo labamur, laedamus, aut digni-  
tatem nostri animi, aut proximi fa-  
mam, aut maiestatem Sponsi, diffici-  
limum est. Qui enim non offendit  
verbo, ut inquit Iacobus, hic per-  
fectus est vir. Et lingua membrum  
lubricum laboriosè intra rationis  
metas à nobis possit contineri. Quę  
admodum ergo corruptus homo  
per peccatum foetorem operis & o-  
ris fugere non potest, ita etiam, &  
si adsit diuina gratia, quamvis bo-  
nus odor ipsis sentiatur operibus,  
frequentius tamen sentitur verbis:  
statim enim sequitur confessio deli-  
eti, gratiarum actio acceptis benefi-  
cijs, laus & encomium diuinae boni  
tatis: quę omnia optimum odorem,  
pomorum scilicet, Sponsus appellat  
præsenti carmine. Nam sicut ex a-  
bundantia cordis erumpunt boni  
odoris opera, ita etiam & bonus o-  
dor sermonis. Quę omnia aduersus  
corruptionem, & tabem, & graue-  
olentiam peccati depugnant. Sed  
quemadmodum necessarius est bo-  
nus odor aduersus priorem plagam  
nostrae naturae inflictam, ita etiam  
& vinum præstantissimum siue mu-  
stum ex botrys expressum, quod nos  
faciat idoneos dilecto, siue ut alij  
vertunt amorphis. Sic enim ver-  
tunt quidam. [ Sit palatum tuum  
velut madens vino præstantissi-  
mo, quod meis amorphibus redeat ido-  
neum, ad ea quę rectissima sunt. ]  
Diximus alteram plagā nobis per-

peccatum inflictedam frigus esse &  
algorem, vnde contrahitur tor-  
por, ut minus simus sufficietes,  
minusque idonei ad præstanda &  
exequenda dilectionis & amoris  
debita. Ut igitur superius gratissi-  
mus odor depellebat malevolentiam  
peccati, ita etiam & calor vini in  
præsenti vires restituit & calorem,  
ut diuinis amorphibus diuineque cha-  
ritati idonei efficiamur. Quocirca  
diu Thom. 1. 2. quæstio. 109. articu-  
3. rogatus an possit homo proprijs  
viribus Deum super omnia dilige-  
re, respondet: potuisse quidem ho-  
minem id efficere in statu naturæ  
integræ, sola iustitia originali pre-  
ditus, citra gratiam & auxilium a-  
liud peculiare: nam cùm nulla ades-  
set peccandi causa, nec facultates na-  
turales fractæ essent & debilitatæ  
per peccatum, & se & sua omnia in  
Deum referre potuisset, vt Deus fi-  
nis erat luce rationi consentaneus:  
post peccatum vero id præstare  
non poterit. Neque enim diu du-  
rare possit sine peculiari gratia &  
auxilio, quin in facinus aliquod  
prolabatur: cùm quo stare non  
possit dilectio Dei naturalis super  
omnia. Sed hæc omnia prætermittamus, Theologis disputanda pu-  
blicis in conflicationibus. Sed si de  
diuina charitate & dilectione lo-  
quamur, quemadmodum exigi-  
tur ab Sponsa, qualis prædicatur  
in Euangelio: celebratur a Pau-  
lo, ut Sponsus diligatur a nobis,  
tanquam qui solus possit nos effi-  
cere beatos & fœlices, nusquam præ-  
stare possit homo sine peculiari Dei  
gratia: hoc est, sine præstantissimo  
vino nostros animos calefaciente,  
reficiente vires, & membra inte-  
rioris hominis ad rem exequendam  
refor-

**August.** refocillante. Vnde diuus Augusti. Epist. ad Vitalem: Liberū arbitriū aū diligendum Deum peccati gravitate perdidim⁹. Et lib. de gra. & li-  
**Cap. 18** berō arbitrio, eos damnat omnino tanquam Pelagianos, qui afferūt di-  
 lectionem Dei non esse illius donū.  
 Et subdit Ioannis verba, Charissimi  
 diligamus non inuicem quia chari-  
**s. Can. 4** tas ex Deo est. Primum (inquit Au-  
 gustin.) diligamus inuicem, lex est:  
 quod autem subditur, dilectio a  
 Deo est, gratia est. Hęc eadem in cō-  
 cilio Milvitanō, & in Concilio A-  
**Can. 4.** rauſciano. Solet a quibusdam que-  
 ri, an acceperit Sponsa præceptum  
 aliquod peculiare dilectionis Spon-  
 si, an potius nullum accepit singula-  
 re præceptum: sed diligere Deum  
 idem sit, quod præcepta seruare de-  
**Ioan. 14** calogi, iuxta illud, Si quis diligit me,  
 mandata mea seruabit: Et illud ad  
**Rom. 13** Rom. Plenitudo ergo legis est cha-  
 ritas. Nulli ramen dubitandum est,  
 quin Sponsa præter cetera legis mā-  
 cata peculiare acceperit dilectionis  
 præceptū, Mar. 12. Diliges Dñm Deū  
 tuū ex toto corde tuo, & ex tota ani-  
 ma tua, & ex tota mēte. Vbi & dile-  
 ctionis modus, & ipsa dilectio præ-  
 cepitur. Adeo Spōſe in istum fuit  
 præceptum hoc dilectionis & amo-  
 ris, ut teste Pau. finis totius legis sit  
 charitas. Et Christus magister vitæ,  
**Matt. 22.** In his duobus mandatis tota lex pē-  
 det & Prophetæ. Hic odor bonorū  
 operum gratissimus, hoc vinū præ-  
 stantissimum, quo vno depellitur  
 frigus nostri animi, solo constat be-  
 neficio Spōſi. Nam citra illius opē,  
 neque fragrantiam confessionis, fi-  
 dei, sermonis integri, dilectionis, &  
 charitatis, neque bonorum operum  
 præstare possimus: multo minus, suf-  
 ficientes esse diuinis amoribus, con-  
 ceptis igniculis charitatis: & tamen

rogat Sponsus Sponsam, illius os, &  
 guttur reddat gratissimum odorem:  
 illius palatum madeat etiam præla-  
 tiſſimo vino: ad infinuandam liber-  
 tam arbitrij. Nā tamen ſi gratiam  
 in nobis & auxiliis ipſe operetur &  
 cōferat: ſed vt a gratia ipia & fau-  
 ore prodcant bona opēta, vt calore  
 vihi excitati ad bene operadū pro-  
 grediamur, ſi in pœnum diuina gratia  
 fauore & benevolentia arbitriū no-  
 strū requiritur. Sed cu perit, excitati  
 eum postulat bonum odorem, ſecu-  
 tam præbet, vt bene bleat Sponsa:  
 cum odore exigit, vihi calorem in-  
 fundit, qui nos efficiat idoneos, &c.  
 Quod ſequitur: [ Dignum dilectio  
 meo ad potandum, dentibusque il-  
 lius ad ruminandum ] quidam ita  
 vertunt, [ Quod meis amoribus re-  
 dat idoneum, ad ea que rectissima  
 ſunt, quodque diſertum faciens la-  
 bia dormientium. ] Vituperant alijs  
 poſtremum hunc locum [ quod e-  
 ruat faciat labia ſenuum. ] Uter-  
 que ſensus poſſit tollerari. Primus  
 gratiam habet venustatis. Nam vt  
 viñum faciat diſertos homines, ni-  
 hil habet admiratione dignum. Nā  
 vt dixit ille, Fœcundi calices, &c.  
 Sed cu habeat viñum ſuā naturā  
 vim cōciliandi ſomnum, vt Plinius  
 inquit: quomodo igitur hoc viñum <sup>Plin. lib.</sup>  
 vituperat dormientes? Sed ita ſane <sup>23.</sup>  
 res habet. Hoc genus viñi præſtatil-  
 ſimi ſomnum conciliat, cum quem-  
 piā inebriat: vt ſomn⁹ ſit, quē admo-  
 dum ſuperius diximus, animi ſereni-  
 tas, & tranquillitas: & tamē dormie-  
 tes excitat, expergeſatq; a ſomno:  
 quēadmodū Pau. Apost. huius viñi  
 calore excitus, & impulsus, diebat.  
 Hora eft iam nos de ſomno ſurgere. <sup>Rom. 13</sup>  
 Et iterum. Nox præcessit, dies au-  
 tem appropinquauit. Et regius va-  
 tes David, Nunquid qui dormit, &c. <sup>Pſal. 40</sup>

Qui-

**Quidam** verba illa; dignum dilecto me o, si fuerat verba esse Sponsæ, quæ sermonem Sponsi interrum pit propter affectus vchementiam: quasi Sponso guttur & os cōmen- dante, dicat Sponsa, ita Sponsæ mi verum est quod dicas: optimum vi- num est quo tu oblecteris, quod que dentes tui ruminare non desinant: quæadmodum solet qui vinum in- signiter bonū biberunt, dentibus & labijs illud quodammodo rumiare. Alius ex codē autore sensus. Dignū dilecto, pro dignū dilectis. De qui- bus su perias, Bibite & inebriamini charitissimi.

*Ego dilecto meo, & ad me conuer-  
sio eius.*

**S**pōsa prōptam se & expeditā ostēdit, vt ea p̄fester, quæ iubet Spon- sus, cū inquit. [Ego dilecto meo.] Et rencētia vtitur, ppter causas addu- etas. 2. cap. Simul miratur illius boni tatem, cūm inquit: [Et ad me conuer- sio eius.] Duplex est enim legis promulgatio, altera p̄œnæ & suppli- tij, quæ peccato debentur: altera ve- rō gratiæ & charitatis quæ per Euā gelium reuelantur. Prima fœmina post admissum facinus, & expugna- Gen. 3 tas diuinas leges, audiuit, Multiplicabo œrumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios & sub viri potestate eris: Et ipse dominabi- tur tui. Quod quidam verterunt, Et ad virū tuū cōuersio tua. Quasi di- cat. Ego te ab initio pari honore & dignitate formau: quemadmodum em tuo viro & tibi omniū principa- tum concreddidi: ceterum quia abu- sa es honoris dignitate, te tuo viro subiicio, vt illum dominum agnos- cas: & quia nesciuisti imperare, dis- ce bene regi. Melius est enim, vt il-

lum habeas dominū, quam vt im- pauide & libere vivens per omnia p̄cipitia feraris. Et ad virū tuū (inquit) cōuersio tua. Quidquid e- nīm sub potestate alicuius est, ad il- lud semper spectat, semper illud in- tuctur, & exoptat, p̄fertim si non tantum volūtate, sed naturā ea sub iectio constet. Quocirca quoniam mortalis homo sub diuina potesta- te est, ad eam semper refert quid- quid agit, ipsum implorat: Deus est illius desyderium, illiusque vir- tus. Venustissima sancte phrasis He- braica. Ita enim uirtus fert, vt ma- iora semper appetamus, in ea fera- mur proni. Bene proinde, Ad virū tuū cōuersio tua, dicitur in pro- mulgatione p̄œnæ. Sed alia est pro- mulgatio Euangeli, longe diversa. [Ad me (inquit) conuer- sio eius.] Olim propter peccatum fœmina cō- uertitur ad vi. um, vt illum obser-uet, & intucatur. Nūc vit ad fœmi- na conuertitur, Christus ad Eccle- siam, vt tota maledictio in benedi- ctionem vertatur. Dicatum est mu- lieri, Multiplicabo conceptos tuos: in dolore paries filios, vt scilicet non tātū electos & p̄destinatos parias, sed & dānatōs & reprobatos. Christus verō genuit quāplurimos vir- tute passionis, Esai. 51. Generationē cius quis enarrabit? Sed genuit elec- tos. Nā huius partus fructus & fœ- licitatē illi tantum assequentur, qui elec̄ti sunt. Prima fœmina ad virū conuertitur, hoc est, illi seruit, p̄- betq; obsequia. Cōtra verō Christus carnem afflumpfit, vt seruiret Spon- sæ charissimæ, vt ministrū ageret. E- go (inquit) in medio vestrū lū tāquā Met. 20 qui ministrat. Filius hominis nō ve- nit ut ministraret ei, sed ut ministra- ret. Et Pau. cū appellauit ministrū Rom. 15 circucisionis. Deniq; cępit se cōuer- terc

**Phil. 2** tere ad Sponsam; cùm semetipsum  
exinaniuit, formam servi accipiens,  
in similitudinem hominum factus,  
&c. Fœlix rerum commutatio, vt  
quod fœmina in supplitium acce-  
rat, id ipsum accipiat Sponsus, vt fœ-  
minam, Sponsam scilicet charissimā  
incredibili afficiat honore.

*Veni dilecte mi, egrediamur in agrū,  
commoremur in villis. Mane  
surgamus ad vineas, videamus si  
floruit vinea, si flores fructus  
parturiunt, si floruerunt malapu-  
nica: ibi dabo tibi vbera mea.*

**S**pousa Spōsum inuitat ad deambu-  
landum, quemadmodū Spon-  
sus Sponsam cap. 2. Qua inuitatio-  
ne adumbratur totum mysterium  
promulgationis Euangeli. Aduer-  
te proinde Christiane lector Eſai,  
prophetam, qui de promulgatione  
Euangeli fuit vaticinatus, sic habe-  
re. Et erit in nouissimis diebus: vt  
per nouissimos dies, postrema tem-  
pora intelligamus, reuelationem

**Eſai. 2** scilicet Euangeli. Quemadmodum  
habet & locus ille. Annuntiabo vo-  
bis quæ ventura sunt in nouissimis  
diebus. Et apud Ioann. Euange.

**Gen. 49** Filiali nunc nouissima hora est. In-  
**1. Ioan. 2** quit ergo. Eleuabitur in diebus il-  
lis mons Domini super verticem  
montium & collium, & confluent  
ad eum omnes gentes. Et post pau-  
ca, Quoniam de Sion exhibit lex, &  
verbū Domini de Ierusalem. Nā  
cūm vera constasque religio intra-  
vnius ciuitatis mēnia & vnius regio-  
nis angustias retineretur, Gētes nō  
se inuicē hortabantur dicentes, Ve-  
nite ascēdamus in domum Dñi. Sed  
postquā in cæteras gentes cepit Euā-  
geliū diuulgari, inde veluti facto a-  
gmine! Gētes ad Christū decurrerūt.  
De eadem itaque re de qua Eſai,

dixit, de Sion exiuit lex, & verbum  
de Ierusalem, Sponsa inuitat Spon-  
sum. [Veni (inquit) dilecte mi, &  
egrediamur,] Postulat enim ipsa té **Eſai. 2**,  
poris ratio, vt incēnia ciuitatis hu-  
ius & limites huius regionis Palestīnē  
prætergrediamur, vt vera cōstans-  
que religio lætissimūq; Euangeli  
nuntium in exteris gentes enuntie-  
tur. Et quod sequitur: [Egrediamur  
in rus, siue in agros, & commore-  
mur in villis.] Pertinet ad eadē ré:  
ad gentium scilicet vocationem, &  
ipsam promulgationem Euangeli:  
benē enim gentes appellat rura, si-  
ue villas. Quoniam quemadmo-  
dum dixit Sponsus aliquando, cùm  
ageret de lemente per totum orbē  
spargenda, ager est mundus. Egredi  
probindē in agrum illud est, quod  
Christus redēptor noster exiit qui  
seminat seminare semen suum, & **Math. 13**  
ad eadem exitus ille & egressus iste  
pertinent. Sed & villas iure totam  
gentilitatem appellat, quod nullis  
essent certis legibus & constantibus  
in unitate, sed prolibito infensus ho-  
stis impetum in illas faciebat, neque  
vlla constanti religione impedi-  
ente in omne genus dedecoris & flagi-  
tij impellebat. [Mane (inquit) sur-  
gamus ad vineas.] Duo comple-  
tūt Sponsa vno verbo, mane  
scilicet, tum summam diligentiam  
Sponsi, & Sponsæ circa promul-  
gationem Euangeli, gentiumque  
salutem, tum effectus ipsius pro-  
mulgationis. Nam Sponsi Spon-  
sæque sedulitas satis exprimitur  
in verbo mane. Surgere enim sum-  
mo diluculo, vt quidpiam effi-  
cias, indicū est & argumētum ingē-  
tis solicitudinis & curæ. Sic & pater  
ille familias summo mane exiit cō-  
ducere operarios in vineam suam.  
Quemadmodū ergo neq; otio, neq;

torpō

torpori se tradidit pater ille familiæ: sic & Spōsus & Sponsa summo mane surgunt electulo. Exprimit ita que spiritus cœlestis hoc carmine, summam Iesu diligentiam. Cū Matt. 10. Apostolos primo mane mittit ad prædicandum, dicit illis, ne per amne calciamenta portent in via, nec comineat aliquos aut impedimenta secum deferant: sed prompti potius & expediti verbum prædicent. Mar. v. 1. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium. Exprimitur se- cundo effectus primus prædicatio- nis euangelicæ. De quo Esai doc- bit nos de vijs suis, ambulauimus in semitis eius, & ambulauimus in lu- ce Domini. Quemadmodum enia ex oriente mane dispellitur tensim caligo noctis, ita etiam exoriēt E- uangelica luce depulsa fuit cœcitas & lippitudo gentium. De qua re Esai. Populus qui ambulabat in te- nebris vidit lucem magnam, habitā tibus in regione vimbræ mortis, &c. quem locum citat Matth. in eundē sensum. [Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt.] Nulli debeat videri mirum, si gentes lip- pientes & cœcas, quæ nulla certa re ligione tenerentur, vineas appellat, & flores, & malapunica, siue malo- granata. Animus enim humanus suapre natura, si non desit copia cœlestis humoris, potest erumpere in fructus & flores. Ob eamque rem quibuscumque legibus sit exultus, iure appetetur vitis, & malogra- tum. Quod ergo inquit Sponsa: [Videamus si floruit vinea.] Sic in- telligendum est, non quasi Sponsa dubitet de re ista: satis scit vineas de stitutas fuisse floribus & fructibus, & frondibus: sed hæc omnia recen- set, ut declareret qui fuerint effectus promulgationis euangelicæ. Nam

Sponsus simul & Sponsa Euangeli- ca prædicatione vineas istas repur- garunt, & humore, siue humecta- tione Spiritus fecundarunt: ita vt Sponsi beneficio vinea arida & ste- rilis, malogranataque in frugiferâ erumperent in flores, & fructus & frondes. Est autem descriptio ver- ni temporis, ut superius capit. se- cundo: & quemadmodum illa ipsa temporis ratio & commutatio nos admonebat, nullos labores, nulla si- que calamitates & ærumnas fore æternas, sed omnia potius simul cū tempore tuas habere vicissitu- dines: ita etiam & præsenti carmi- ne verni temporis descriptione sub indicatur, sterilitatem gentium æternam fore nō posse: nam quemadmodum vernum tempus sequi- tur rigorem hyemis, & gratis- simi flores & fructus sequuntur ar- borum sterilitatem & lqualorem: ad eundem modum, & gentium cœtitatem & tenebras lux sequi- ta est, & frigus & torporem, se- quutus calor bene operandi, & hy- mem rigentem sequitur vernum tempus, sterilitatem sequuntur gem- mæ erumpentes, fructus sequuntur & flores. Quibus omnibus adum- brantur duo illi homines, de qui- Rom. 6. bus Paulus frequenter tractat: ve- tus scilicet atque nouus. Ita vt quæ- 2. Cor. 4. admodum tempus veris hycinem Ephe- 3. sequitur, calor frigus, fructus & flores sterilitatem renascunturque quodammodo omnia: ita etiam & veterem hominem nouus se- quitur, & veterem vitam sequatur noua, & antiquam creaturam creatura re- cens: ut est apud Pau. Hæc omnia li- ceat in ipsa gœtilitate deprehendere: quæ ad prædicationem Pauli, & a- 2. Cor. 5. liorum Apostolorum cepit in noui- Gali. 6. tate vitæ ambulare, & factæ sunt gentes

Gentes veluti noua creatura, tanquam vineæ & malogranata erumpentes, non iam in fructu carnis, sed spiritus, ut est pax, gaudium, sanctificatio. [ Ibi dabo tibi vbera mea.] Fructus scilicet quos postulabat **Ephe. 2. perius.** Sic Sponsa post prædicacionem Euangeliū Spōso contulit vbera: quasi dicas fructu pretiosissimos & gratissimos.

*Mandragoræ dederunt oderem. In portis nostris omnia poma: nouæ & veteræ, dilecte mi, seruauit tibi.*

**Gen. 29.** **D**e mandragoris uno tantum in loco (quod ego meminerim) fit mētio in literis sacri, Gen. scilicet 29. Egressus enim Rubē in diebus mesis triticæ, inuenit mandragoras in agro: attulitque eas ab Liam matrē suam: dixitque Rachel ad Liam, Da mihi quælo de mandragoris filii tui. Denique venduntur mandragoræ propter prolem. Diuus Aug. 22. lib. contra Faustum Manichæum multa dicit de natura huius herbae, excutitque, nunquid accepta in escam sterilibus fœminis fœcunditatem pariat. Sed quidquid sit, de sententia D. Augusti eo in loco multa à peritis autoribus de natura huius herbae traduntur. Eam appellabat Pythagoras, Anthropomorphon. Zoroastes Diāmō: Magi, Hemonias siue Gonogeonas, Romani terrestria siue canina mala appellat. Sunt qui Circeam vocēt, nomen illi à Circe facientes: quoniam credebatur, radix eius amatorijs beneficijs utilis esse. Mandragora alter mas, altera fœmina. De vi autem aut efficacia herbae huius pauca quedam accipito. Primò, creditur herba ista

apta generationi. Huc forsitan spectarunt magi, cum eam Gonogeonam appellarunt: & filtris etiam idonea satis declarant, qui eam Circeam dixerunt: quasi sit cœciliandis amoribus accommodatissima. Tum verò tertio, illius potus somnū incutit grauissimum, adeò ut abierit in prouerbium, Mandragoram bibisse, ut autor est Demosthenes in. 4. Philippica μανδραγόρη πεπάνοι, hoc est, mandragoram biberunt. Et Lucia-nus in Timone ἵπο μανδραγόρη καθιδεις, idest, Tanquā sub mandragora dormis. Et de Demosthenis laudib⁹ dicitur ab illo solitos excitari Athenienses, velut ex Mandragora dormientes. Ex quibus facile liceat colligere, tribus potissimum in rebus mandragoram commendari: Primò, ad parandam fœcunditatē: Secundò, ad conciliandos mores: Tertiò, ad incutiendum grauissimum soporem. Connumeratur enim à Græcis inter Hypnotica mendicamenta. Sunt autem vires istæ & facultates mandragoræ aptissime quidem & accommodatissimæ his omnibus, quæ ab Sponsa tractantur. Principiò attende, que in adiunctu in superioribus diximus, Sponsam Sponsum excitare, & invitare ad res amatorias, describendo tempus vernum: quod motus ille sanguinis & spirituum appetente vere maxime cieatur: unde nascuntur amatorijs affectus. Et quoniam fœminarum animis altilis insita est generandi cupiditas, & procreandi liberos, nihil potuit ab Sponsa commodius adduci, quam, [ Mandragoræ dederunt odorem, &c. ] Exprimit mystrium illud appellatio mandragoræ, numerosæ sobolis, & prolis amplissimæ, quæ per Christum Iesum

Iesum illius Sponsum toto orbe ge  
**Esa. 53.** nita fuit. Elai, de eadem generatio-  
ne & prole, Generationem (inquit)  
eius quis enarrabit? Quod quidam  
non tam ad generationem diuinam  
& æternam, aut temporariam Chri-  
sti Iesu, quam ad generationem ista  
filiorum Dei per sanguinem Christi  
& illius mortem referunt. Id vero  
mihi semper probatur: propterea  
quod statim sequitur: Si posuerit a-  
nimam suam hostiam dilecti, vide-  
bit semen leguum. Christus proin-  
de verus Sponsus, & Sponsa charis-  
sima, Ecclesia scilicet, illius sanguine  
veluti grauida effecta, filios ge-  
nuere: genuere adeo numerosa pro-  
blem, atque si Ecclesia ipsa potu mandra-  
goræ haussisset: quæ virtutem fe-  
cunditatis solet parare. Hæc est illa  
generatione filiorum Dei, de qua sa-  
pe Christus loquitur: loquitur etiā  
& Pau. Christus: Oportet vos nasci  
denuo. Et, Nisi quis renatus fuerit ex  
aqua, &c. Denique generationem &  
renaissance, vocat Christianam vi-  
tam, in quam ab illo regeneramur.  
Hic vere licet conspicere virtutem  
illam huius mandragore, quam ego  
celestis spiritus vim, seu efficaciam  
intelligo, quæ Spontam fœcundam  
redidit, & generationi aptam: adeo  
ut incredibili filiorum numero lœtetur,  
& gaudeat Esa. 54. Lauda sterilis  
quæ nō paris: clama & exulta quæ nō  
parturis. Ad mortem veteri genera-  
tione destinamur: noua, ad vitam &  
felicitatem. Prior illa genera-  
**Esa. 54.** tione, nascebantur omnes filii iræ,  
excludebantur à regno, nulli pat-  
bat aditus ad regna celorum. Opta-  
bat proinde Sponsa istam genera-  
tionem. Secundò, hic latet mysterium  
incarnationis diuini Verbi, iuxtam  
secundam mandragoræ proprietatem:  
exprimitur quæ, quamuis occul-

tiùs, flagrantissimum sanctorum pa-  
trum desyderium, qui ab orbe con-  
dito sollicitè & anxiè expectabant  
salutem, & libertatem humani gene-  
ris. Quamvis enim multis inditi, s  
antiquitus Deus sanctis patribus suā  
declararit benevolentia, vt institu-  
tis, cæremonijs, sacrificijs, apparicio-  
nibus, reuelationibus, circuncisione,  
& sub legibus Mosaicis varijs vim-  
bris, atque figuris: semper tamen il-  
lud expetebant, hoc illis erat in vo-  
tis, vt Sponsus maiorē cum illis co-  
pularet amicitiam, maioremq; bene-  
uolentiam: ita vt si fieri potuisset,  
hausū mandragoræ lumeret, quæ  
herba beneficijs est apta. Tunc tan-  
dem Sponsus veluti mandragoram  
comedit, cùm tātam erga Sponsam  
declarauit benevolentiam, vt huma-  
nam nostram naturam assumeret,  
nobiles diuinitatis titulos occulta-  
uit, seipsum deiecit & humiliavit **phili. 2.**  
vsque ad serui habitum, vt Paulus  
inquit, & serui sceleratissimi. Nam  
in cruce pendebat inter duos latro-  
nes, tanquam esset alicuius sceleris  
conuictus & manifestus. Recole ani-  
mo omnia quæ Christus verus Spō-  
sus ab ipsa incarnatione, vsque ad  
diem mortis effecit, ea quæ tandem  
conficiet vsque ad ipsam tæculi co-  
sumationem: (quæ signa fuerunt &  
inditia huius benevolentiae & amoris  
eximij) hæc omnia nomine mādra-  
goræ intelligito. Tertiò, mādragora  
vim habet conciliandi somnū, pro-  
pter grauissimum odorem: tum ma-  
xime si illius succus hauriatur, adeo  
vt neque sectiones, neque punctio-  
nes in somno sentiantur. Nota est hi-  
storia apud Iulium Frontinum de **Cap. 2.**  
strategematis quid Anibal for-  
tissimus imperator aduersus reuelá-  
tes Aphros excogitauerit, quos scie-  
bat audios vini, Mandragora enim  
vino

vino permixta, cùm simulata aliquando fuga Barbari occuparent castra, in gaudium effusi haurientesque audiitissime vinū, in modū cadauerum iacuere, adeò, ut Hanibal nullo sui exercit⁹ periculo illos trucidauerit. Christ⁹ Iesus, & illius Spōsa ab ipso aduentu & incarnatione Verbi veluti succum mandragoræ hausere. Facti enim sunt tanquā intensibiles ad exteriora omnia: ita ut nulla tormēta, nullæ afflictiones nulli cruciatus, iut quidem & unitatem mentis, aut summam inter se coniunctionē possent auferre. Et ut de Sponsa ipsa loquamur: vrebatur tyrannus, secabat, pungebat, stimulabat, assabat, excitare autē Sponsam à somno haud poterat. Inuiti martyres, ut illorum probant res gestæ, mandragoræ succo largius hausto ad tormēta omnia & supplitia adeò reddebarunt insensibiles, ut inter rosas dormire viderentur. Insignis ille martyr Laurentius insultans tyranno dicebat: Carbones tui mihi refri gerium præstant. Largior haustus succi huius herbae, mortem infert aliquando, ut afferit Plinius. Hac

Gala. 6 morte affectus erat Paulus cui mundus erat crucifixus & ille mundo.

Rom. 8 Hos mortuos gignit Ecclesia. Ad

Rom. Existimate vos mortuos esse peccato, viuentes autem Deo. Et, vi

Gala. 2 uo ego iam non ego, viuit autem in me Christus. De Spōso vide an mandragoram biberit, quē in cruce intrueris toto corpore sanguinolentū, vnde liuentem vibicibus, vndiq; rumentem & concussum, capite præ imbecillitate ad humerum pendente, & spinis coronato perforantibus craneum usque ad cerebrum: & tamen quasi mandragorā bibisset, pro crucifixoribus, pro hostibus & immittibus orat: Pater ignosce illis, &c.

Luce. 23

[Omnia poma ( inquit Sponsa ) & noua & vetera seruauit tibi.] Noua & vetera poma ego merita sanctorū patrum veteris testamēti, tū etiā & eorū qui per fidē à tempore promulgati Euāgeli⁹ adh̄serunt Christo Iesu intelligo. Quæ omnia iure & po<sup>Math. 7.</sup> ma & fructus appellantur. Christus: Non potest arbor bona fructus malos facere, &c. Hęc omnia Spōla chartissimo Sponso tanquā mentis protuario collecta seruari dicit. Nam & sanctorum patrum merita, qui Christi aduentū præcessere, & quecunque fuere opera fidei, charitatis & spei, uno Sponso asseruabantur omnia: nam quia ex fide in Sponsum proficisciabantur, & in illum referabantur tanquam in finem, iure <sup>1. Co. 10.</sup> dicat Sponsa: [ Vetera poma, &c.] Obeam rem Pau. Apost. Christus Iesus, Jacob interdum memoriam refricabant eorum operum, quæ prisca illis temporibus sancti homines effecere. Nam & novo testamento quis dubitet omnia poma, fructusq; operum peculiari quadam ratione Sponso Christo destinatos, cùm Paulus dicat, Nec comedendum esse neque bibendum nisi in gloriam Sponsi referantur omnia, ea etiā quæ tota humana vita videntur leuissima, nulliusque meriti digna.

## CAPUT OCTAVUM.

**Q**VIS mihi dēs te fratrem meum, suagentem ubera matris meæ, ut inueniam te foris, & deosculeret, et iam me nemo despiceret.



V N C L O C V M  
Hebræi autores communè penè consensu, de venturo Messia interpretātur, ut de Christo redemp. nostro,

T sine

sine figuris & umbris sit intelligendus. Sequuti sunt (ut arbitror) Chaldaei paraphrastis iudicium de carmine isto : qui hunc versiculum enarrans, inquit, In diebus illis reuelabitur rex Messias, & dicent filii Israël, veni, esto frater noster, & fugimus tecum cloquia legis, sicut fugit infans ubera matris lux. Expressimt proinde Salomon sanctorum patrum ardentissimum desiderium de aduentu Messiae, qui invitam & libertatem spiritum sibi charissimam esset vindicaturus. Vota ista & desideria anxia & sollicita, exprimit priores huius versiculi voces : [Quis mihi det.] &c. Quidam hunc locum sic vertunt, [Vtinam quasi frater mihi sis suggens ubera matris meæ.] Quæ ita à nobis sunt intelligenda. Certa ratio ad querendi nomina & appellations sunt operationes ipsæ: nam quamvis quisque nostrum illicè atque in possessionem huius vitæ & lucis mittitur, certum aliquod nomen sortiatur, quo uno à ceteris distinguitur : hoc tamen uno nomine excepto, ceteras appellations solis possit operibus comparari, quibus contingit nobis, aut celebre nomen magna cum gloria coniunctum, aut contra obscurredum & plenum decoris. Ad eundem modum & Sponsus ipse ante conditum orbem, antea quam vila esset creatura sui capax, erat quidem Deus : neque ut Deus esset, necessum erat aliquid extra se operaretur : at verò postquam extra se operari cœperit, & immensam suam bonitatem in omnes creature diffundere, nouas appellations & nomina eadem opera cœpit adquirere : ita ut propter creationem, omnium rerum creator : & quia suam bonitatem multis modis declarabat, cœpit ap-

pellari bonus & misericors. Idem dixerim de potentia, de sapientia. Divina itaque historia referente, appellabatur Sponsus à primis illis temporibus, pater, creator, sapiens, omnipotens, iustus, quod ea opera cœdisset, quibus appellations istas & nomina sibi comparabat. Interim ergo quod Sponsus pater tantum erat, conditor, sapiens, iustus, nondū ea efficerat opera, propter quæ esset appellandus frater : salus autem charissimæ Sponsæ, vita, & libertas, pendebat sancte ab eo opere, unde Sponsus potuisse fratris appellationem subire. Antea enim quamfratrem noster esset, ac proinde nostram assumeret carnem, quamvis potuisse ut dominus nostram remittere noxiam, sola voluntate & arbitrio: non ramen iuxta illius consilium Sponsa poterat in pristinam libertatem vindicari, quousque tandem & carnem nostram assumeret, & frater noster appellaretur. Sancti itaque patres vehementer illud expetebant, atque sollicito postulabant, liceret aliquando cum appellare fratrem, quem à condito mundo Deum, Dominum, patrem appellasset. Nam praeter hoc quod dulcissima erat appellatio ista, & consolationis plena: salus, & vita Sponsæ pendebat ab appellatione ista. Postulant igitur sancti patres id, de quo Paulus vehementer gloriatur cum inquit, Quos præscibit & prædestinabit cœformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: Itē, Hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi, [Quis (inquit) mihi det, ut mihi frater sis, & te fratrem appellem, videaque aliquando sugensem ubera matris meæ?] Matrem, siue naturam humanam appellebat, siue veterem Syna-

Rom. 8.

Synagogam, siue sacratissimam Virginem, parum refert, dum modo constet de germano sensu totius loci. Cupiunt proinde sancti patres, Dei filium intueri nostra mortalitate vestitum: & ad exprimenda anxia desyderia, nihil aliud adduci potuit vel elegantius, vel accommodatus, quam optare filium Dei videre fugentem vbera matris. Nam sugere vbera praesenti carmine, idem est ac si dicas: *Quis mihi det, ut te ego videam, labores omnes, et rumnas & molestias infantiles subeuntem?* Nam inter cetera, quae Dei filius nostrae salutis causa, cum in terris versetur efficerit, illud maiori stupore & admiratione dignum videtur, quod summa sapientia patris, qua condita fuerat vniuersa creatura, non dognaretur corpus ferre infantile, infantiliaque membra, collachrymari, vagire, neque ad plenum Verbum Patris verba ista formare. Illustris vates Esai. illud inter cetera redemptionis opera incredibile meatis stupore & admiratione excipiebat, dicens: Parvulus datus est nobis, filius datus est nobis. [ *Vt inueniam te foris & deosculer te.* ] Aduerte, Sponsus ante aqua carnem nostram assumere, erat quidem intus quodammodo, non foris. Spousum itaque consideres, nunc quidem prout intra se est, nunc vero prout extra se exit. In se quidem erat, & intra se, cum nondum creaturam moliretur: ccepit extra se quodammodo exire, cum totum hunc orbem, quem oculis conspicimus, ex nihilo condidit, cum cetera opera efficeret bonitatis, sapientiae, iustitiae, quae hominibus quodammodo declarabant, quis esset Sponsus, & quale ingenium haberet. Interim autem, quod carnem nostram non assebat, antequam Verbum caro

efficeretur, intus quidem erat, aut intra se. Nam tametsi mortali homini aliquam sui prebeat cognitionem, exigua tamen erat & tenuis, nec sat satis adhuc apparebat quanta esset Dei sapientia, potestia bonitas, &c. Apparuit quidem Dei potentia, cum vniuersa ex nihilo condidit: sed multo magis suam declarabat potentiam, cum incorruptibilia creauit, quam cum ea, quae essent obnoxia corruptioni: multo magis cum in corpora, quam cum corporea ipsa. Hec una ratio est, propter quam suadet Thomas conditos angelos. Et illud etiam opus maioris miraculi erat, quod hominem duabus naturis inter se pugnantibus, distantibusque magnopere copulauit. Hec opera, quamvis fecisset Sponsus ab initio, nondum tamen ea omnia efficerat, quae potuissent hominum desideria explere. Erat enim aliud pulchritus, praestantius, & excellentius, videre diuinitatem ipsam humanae naturae coniunctam. Hoc opus tantum erat sapientiae, ut propter illud optimè diceretur Sponsus foras existere. Cum cœlum condidit, nondum illius naturam assumpit, idem de angelis, de luce, de homine: atque ita nondum foris se procripserat. Foris itaque inuenire Spousum, est, nostra indutum carne videre. [ *Ei deosculer te.* ] Diximus multa de osculo, initio primi capit. Sposa optat petitque, charissimum Spousum exosculari. Et quidem quantum spectat ad germanam huius carminis intelligentiam, duplex est osculum quod sponsa expedit. Nam si amoris est indicium & bencuolentia, ad ipsam pertinet Verbi incarnationem. Nam cum ( ut superius diximus ) oscula sibi inuicem impriment amantes, ut animos inuicem commutent, &

T 2 transfor-

transformat: quis non videat Spō-  
lam illud genus oculi optare, per  
quod & ipsa in Sponsum, & Spon-  
sus in illam transcat, nō a aliqua trās-  
mutatione naturæ, sed uinitate per-  
sonæ, & appellationis, vi Deus a; p[er]le-  
tetur homo? Et cùm sit præterea os-  
culum symbolum subiectionis, for-  
sæ exoculari Sponsum, idem est,  
quod illi præstare debitam reueren-  
tiam, & subiectionem, & se in illius  
comitare tutelam: id quod patres  
antiqui vehementer cupiebant: ac-  
cederet scilicet regnum Christi, qui  
illos duceret, moderaretur, & gu-  
bernaret. [Et iam nemo (inquit) me  
despiciat.] Humana natura ab Spō-  
so condita ut summa dignitate, &  
amplissimis in paradiſo fungeretur  
honoribus, vix potest ferre contem-  
ptum & ignominiam: obeamq[ue]; rem  
ceteras omnes iniurias facile cente-  
mnat, lesionē ramen honoris & ma-  
iestatis nequaquam. Et quidem anti-  
qua illa Sponsa, cùm Sponsum ha-  
bebat beneuolum & propitium, a-  
pud impios & tyrannos etiam erat  
summa testimoniæ, summoq[ue]; ho-  
nore, ut constat de sancto Ioseph,  
Mose, Daniele, Esdra, alijsque simili-  
bus. Cùm verò ab Spōſo declina-  
bat, erat apud omnes vilis & conté-  
ptibilis: ut apparet diuersis captiu-  
itatibus & seruannis quibus fuit pres-  
ta. Hæc omnia fuerunt olim umbra  
& veluti figura ipsius veritatis. Nā  
erat tota humana natura deiecta, vi-  
lis, contemptibilis, dura tyrannide  
oppreſſa propter peccatum: una e-  
rat ratio vindicandi illam à conté-  
tu isto, si Spōſum inueniret foris, &  
illum deocularetur. Nam tanta est  
gloria & dignitas humanae naturæ  
Verbo diuino coniunctæ in uita-  
tem personæ, ut hæc sola potuerit  
larcire antiquam uilitatem & deie-  
ctionem.

tionem. Deinde cùm Sponsus se fo-  
ris proripuit, & humana naturam  
exocularatur, in eam rem potissi-  
mum veniebat in mundum, ut prin-  
cipem Satyram totumque illius  
imperium dehonestaret, hosteque  
profligato, gloriosos ab illo reporta-  
ret triumphos. Tota itaq[ue]; illa glo-  
ria & dignitas Christi Iesu, quā, po-  
tentissimo hoste prostrato, cōsequu-  
tus est, in Spōſam recidit, & in ipsam  
humanam naturam. Nam nihil ha-  
beret admiratione dignum, si crea-  
tor superaret creaturam singulare  
dimicione.

*Apprehendam te, & ducam in do-  
mū matris meæ, & in cubiculum  
genitricis meæ.*

**H**ic versiculus diffuse satis decla-  
ratur cap.3.

*Ibi me docebis, & dabo tibi poculum  
ex vino condito, & mustum ma-  
lorum granatorum meorum.*

**I**Ne ceteras felicitatis partes, quas sa-  
crivates cecinere de regno Chriſti Ie-  
ſu, erat una & precipua, doctrina il-  
la singularis atq[ue]; cœlestis, qua morta-  
les per Christū erat erudiēdi, & in-  
ſtruēdi. Eſa.2. Docebit nos vias suas,  
& ambulabim⁹ in semitis illi⁹. Qua-  
lis eslet futura doctrina ista, Ioān. E-  
fesi.2. uāg. aperte declarauit, cū dixit, Vni-  
genit⁹ fili⁹, qui est in ſinu Patris, ipſe  
enarrabit nobis. Et quomodo Filius  
fuerit in ſinu Patris, ſuperi⁹ dixim⁹.  
Olim De⁹ per Moſem, ceterosq[ue]; pro-  
phetas ſeipſū declarabat: homines  
inſtruebat, & crudiebat de rebus ad  
ſalutē necessarijs, de his que ad fidē  
& charitatē pertinerent, & de fu-  
turo verbo: non tam quidpiam enar-  
rarent ſicut Christus. Nam quod  
Euang. dixit, enarrabit nobis, per  
inde eſt, ac ſi dixiſſet, Texuit hiſto-  
riam rerum cœleſtium, ceteris ho-  
minibus

**Erod.** 3 rum. Potuit Moles dicere, Audi Israél Dominus Deus tuus, unus est. Sed Christus potuit veluti enarrare, & historiam texere de mysterio Trinitatis, cum tam aperte docuit ineffabile arcanum, & emanationes diuinarum personarū, que nec Moses ipse, nec alijs prophetæ proferre tam aperte potuerunt. Doctrina ista de qua loquitur Sponsa, quæ vna vehementer cupit erudiri, & Mosis & prophetarum doctrinam excelit dignitate, splendore, utilitate. Dignitate quidē, quoniam ab ipsa Dei sapientia fuit profecta: id quod Pau. ad Hebr. scribens celebrat, dicēs: Multifariā multisq; modis olim Deus loquēs patribus in prophetis: nouissime diebus istis loquutus est nobis in Filio. Ut ostēdat felicitatē illorū temporū, quibus Christus post prophetas ipsos cœpit erudire humanū genus: multifariam dixit, ut institutiones omnes politicas, & economicas, & antiqua Dei O. M. consilia circa instructionem veteris Sponsæ comprehenderet, tum & varias visiones & apparitiones, quibus propheticis animis se insinuavit. Alter enim visus est Abrahæ, & aliter Moisi, aliter Heliæ, aliter Micheæ: quin & Esaias, & Ezechiel, & Daniel, diuerias conspexere figuræ, ut habet Ose. 12. Ego visiones multiplacavi, & in manibus prophetatum assimilatus sum. Diuina autem natura non erat multiformis, sed simplex erat & incomposita: neq; Deus ipse sub aspectus humanos cadit. Nunc autē inquit Apost. Loquutus est nobis in Filio, quem cōstituit hæredem vniuersorum. Quod summæ felicitatis est, & summæ etiam glorie deputandum. Obeam enim causam dixit, Christum filium esse, &

hæredem vniuersorum, & per eum condita fuisse sæcula. Filium appellat, ut auditio nomine filij intelligas nihil illi fuisse à Patre absconditum: cū hæredem, thesauros omnes ipsum non potentia solum, sed & sapientia possidere. Et per illum (inquit) facta sunt sæcula. Sæcula appellat siue temporaria, siue æterna: quæ ad modum variè accipitur in literis sa cris. Vide Theodoretum. Attende igitur quanta esset illius sapientia, per quem sæcula omnia facta sunt, & res omnes conditæ. Appellat autem sæculum (ut arbitror) non solù substantias ipsas, sed & rem minimè subsistente, comitem & asseclam eorum, quæ genitam habent natu ram. Nihil ergo potuit ignorare is, per quæ omnia à seculo condita fuc re. Excellit secundò & claritate doctrina ista, & splendore. Nam quæ prophete, quæ Moses, per inuolucra quædam dixerat, solus Christus clare & aperte docuit. Obeam rem Ioann. Euange, gratiam & veritatē tribuebat Christo, Moysi vero legem tantum. Nam ut omitramus quod illius doctrina non tantum ostendit peccatum & iram, & morbum: sed salutem impedit, sed & homines vere deducit ad iultiam, & pro missiones omnes illius doctrina im plentur. Dicebat idem Ioan. Deum nemo vidit vñquam. Quocirca nihil mirum est, si qui Deum non videbant, nihil clare & aperte doce rent. Solus Christus, qui Patrem cōprehendebat, potuit nostris animis lucem & claritatem istam infunde re. Tertiò, excellit doctrina, quæ cupit Sponsa erudiri, utilitate. Nam quis ignorat, quantum consolatio nis acceperit Sponsa per doctrinam Christi Iesu? Christus Iesus nobis aperte declarauit, quæ esset volun

T 3

**MAT. 6.** *tas Patris, quāta esset illius sollicitudo, quæ cura de nostra salute. Ille cępit paternus affectus Sponsæ charissimæ ostendere cūm docuit sic esse orandum, Pater noster, &c. Non enim vt iudicem seuerum nobis Deū proposuit, quemadmodum faciebat Lex & prophetæ, sed vt patrē crientissimum. Obeā rem dicebat Ioann. Pater manifestauit nomen tuum hominibus. Solus ille docere potuit, quod nemo vñquam credidisset, per crucem perueniendum esse ad gloriam, per humilitatē & deiectionem perueniendū ad beatitudinē & fœlicitatē. **IOAN. 17.** *Scimus quoniam Filius Dei venit in mundum, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus Deum. Quis enim dubitet, hūc sensum certissimum per filium nostris animis infusum? Est enim splendor gloriæ, & figuræ substantiæ Paternæ vt inquit Pau. Et idē ipse Christus, Qui videt me, videt & Patrem. Legi Thomam, Christost. & Theodoretum de re ista: [Dabo tibi poculum ex vino condito, & inustum malorum granatum meorum.] Spiritu sancti conditi exhibentur & passionum Christi sunt consortes pīj, vt gloriæ etiā sint consortes.**

**HEB. 1.**

*Lena eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur mei.*

**M**ulta diximus superius secundo cap. de versiculo isto & illi⁹ germana intelligentia: sed hic præter ea quæ dicta sunt à nobis peculiari ratione petit Sponsa à Verbo incarnato erudiri & fulciri.

*Adiuro vos filiae Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectā donec ipsa velit.*

**R**Usum vetat, vt cap. 2. ne quis connectur humanis commentis Spō-

sam à gratissimo somno excitare, multa de re ista cap. 2.

*Quæ est ista quæ ascēdit de deserto de litij affluens, innixa super dilectū suū?*

**S**Imile aliquid vidimus cap. 3. vbi vetus illa Spōsa ascēdebat per desertū diuitijs affluens, plena odoramentis: cuius felicitatem gentes oēs admirabātur, dicentes: [Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitij affluens innixa supra dilectum suū?] Nunc verò, quamuis eisdē penè verbis, multo maior exprimitur admiratio, qua gentes oēs dignitatem & honorem humanæ naturæ intuētes defixis oculis in hæc verba prorum pūt. [Quæ est ista, &c.] Admirantur verò humanā naturā: atq; obeā rem totā Ecclesiā Verbo diuino copulatam & vnitā per assumptionē carnis, ita vt innixa videatur super Spōsum. Et quidē felicitas illa, quā impiæ gentes admirabantur cap. 3. signū erat & prælagium huius rei. Nam quæadmodū illuc vetus Synagoga per desertū procedebat tabernaculo fœderis & arca propitiatorij, quæ imago erat Sponsi, lusulta: ita etiā & Ecclesia Christi interim quod in terris versatur: non tabernaculo illo, non propitiatoriū arca nititur, aut sustentatur, sed ipsa potius diuinitate, cui humana natura est annexa. Hoc itaq; Salomon præsenti carmine nobis proponit. Nam gentes oēs, tū angeli, opus incarnationis Verbi tantopere admirātur, vt quoniā cetera omnia arcana hoc vñū multis modis excellat, in stupore acti dicant: [Quæ est ista quæ ascendit, &c.] Inter cetera oracula, quæ nobis fides ipsa proponit credēda, hoc est maiori admiratione dignū: quod Sponsa super dilectū innatur propter carnis assumptionē.

*Quamu-*

Quamvis enim pleraq; alia, quæ ad religionē inspiratam pertinent, difficile hominibus potuerint suaderi, hoc vnum tamen multò difficilius. Vix enim mundus hic credere potuit diuinum Verbum carnē assūmisse in tempore, ita ut in carne nō amiserit æternitatem, sed carni potius immortalitatem præstiterit: & cùm homo cœperit esse quod non erat, Deus tamē sit, ea ratione, ut nō homo tantum, non Deus tantū, sed vtrunque verē dicatur, ac sit: & qui mundum fabricauit, in mundum venierit, ut mundo conferret salutem: ex Virgine nasceretur, qui esset illius conditor: filius appellaretur David, Dominus David, Iesum Abraham, qui Abraham in ipsa æternitate precessit: factor terræ in terrā ex vtero Virginis erumpat: & cœli conditor nascatur sub cœlo. Hæc in quam, & carni, & sapientiæ sœculari, & huius seculi sapientibus, semper visa sunt non solum admiratio-ne digna, sed etiam stulta. Quocirca nihil est mirandum, si Christus omnium gétium admiratione in munere excipiatur. D. August. inter cœetros sacros doctores huius mysterij magnus assertor, anteā quām Christo dedisset nomen, de mysterio isto incarnationis Verbi vehementer dubitabat. Nam quemadmodum lib. 6 Confessionum cap. 10. inquit, ipsum quoque Salvatorem nostrum vnginitum tuum, tanquam de massa lucidissima molis tux̄ porrectum ad nostram salutem ita putabam, ut aliud de illo nō crederem, nisi quod possem vanitate imaginari. Talem itaque naturam eius nasci non posse de Virgine arbitrabor, nisi carne concerneretur. Concerni autē & non inquinari non videbam, quod mihi tale figurabā. Metuebam itaq;

credere in carne natum; nē forsitan cogerer fateri inquinatum. Adeò dico Aug. ante suscepas Euangelicas leges difficile videbatur, immo insanum, credere, Sponsam Christi humahantique naturam ad tantā peruenisse dignitatem, & diuinum Verbum tantopere se deieuisse, vñq; ad nostram infirmitatem. Idem ipse August. post acceptas Euangelicas leges lib. 10. de ciuitate Dei ad Marcellinum, fortiter aduersus Porphyrium arguitur, quod Christū veram sapientiam & diuinum Verbum nostra carne auctum agnosce-re, haud potuerit. Credere enim nō poterat, Paternam mentem sive intellectum assumpta nostra mortali-tate in Virginis vterum se insinuas-<sup>Cap. 28</sup> se, & à sanctissima foemina æditum fuisse in lucem, opprobria crucis, sitim, algorem, ceterasq; iniurias corporis sustulisse. Qui postquam mul-tis egit aduersus eundem Porphyrium, præ nimia admiratione hoc tantum mysterium haud credētem, subiecit. Atqui Christus ipse implet quod per prophetam prædixerat. <sup>Et. 33</sup> Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reproba-bo. Et sequenti cap. docet, Platonicos huic incarnationis mysterio fidem nusquam adhibuisse. Falebantur Platonici, gratiam esse quando per virtutem intelligentiæ paucis quibusdam ad Deum peruenire esset concessum. Itaque cùm dixere, concessum, gratiam vel intuiti fatebantur. Quo loco Aug. O si cognouisses Dei gratiam per Iesum Christū R. N. ipsamq; eius incarnationem qua hominis animam corpusque suscepit, sumnum exemplum gratiæ videre potuisses. Nam gratia Dei non potuit gratius commendari, quām ut ipse Dei vñigeni-

T 4 tus

tus in se in eodem mutabiliter manet in-  
dueret hominem, ut spe dilectionis  
sue hominem medio hominibus pree-  
beret, quā ad illum veniretur. Longe erat immortalis ille a mortalib,  
incommutabilis a commutabilibus,  
iustus ab impijs, beatus a miseris, ut  
nostra excitaret desideria, immor-  
tales, incommutabiles, iustique effi-  
ceremur. Quid (inquit) vobis incre-  
dibile videtur, qui talia sapitis, qui  
ad credendum haec vos iplos debuistis  
letis admonere, cum dicitur, Deum  
humanam nostram naturam induisse?  
Tantum tribuebat Platonici an-  
imæ intellectuali (quæ anima uti-  
que humana est) ut eam consubstan-  
tiale paternæ menti, hoc est; Dei  
filio fateretur. Quare igitur (inquit  
August.) non creditis intellectualē  
aliquam animam modo quodā in  
ineffabili Verbo coniunctam & inni-  
xam? Tocum hominem corpore &  
anima constare, & animam corpori  
hæc nostra nos docet natura: id  
verò magis videretur incredibile, ni  
si esset vissatisimum: facilius quippe  
in fide recipiendum est, si huma-  
num diuino, si mutabile immutabi-  
le sit annexum, dummodo spiritus  
spiritui, quā corpori inherere incor-  
poreum. Nequic verò vos debet of-  
fendere insitatus concepus & par-  
tus ex Virgine. Multa denique alia  
adducit diuus Aug. ad rem istam.  
Hæc tamen sunt a nobis adducta ad  
probandum incarnationis myste-  
rium difficultimum creditu fuisse.  
Hoc est illud ineffabile sacramen-  
tum & arcanum, de quo Paulus ad

Ephe.,

Gen. 2

Ephesi. scribens adducit verba illa  
quæ habentur Gene. 2: Propter hæc  
relinquet homo patrem & matrem,  
& adhæredit viro sue, & erunt duo  
in carne una. Sacramentum hoc (in-  
quit Pau.) magnum est: ego autem

dico in Christo, & in Ecclesia. Et  
quidem verba illa primi parentis,  
coniugij copulam omnium carnali-  
um necessitudinum maximam at-  
que fortissimam fore pronuntiant:  
ad eo ut semel copulati, iam non sint  
duo, sed una caro. Caro ina ppric-  
itate Hebraicæ linguae, perinde est  
ac si diceretur, virus homo, unus cor-  
pus, unus spiritus. Tanta itaq; erit  
dilectio inter virum & uxorem, ut  
utriusq; animus, non minus alterius  
corous diligat, cum carnem a se a-  
nimatam: mo & si possent eodem ha-  
bitare corpore non dubium quin  
habitarēt. Tertio, ita natura condita  
sunt omnia, ut quæ superiora sunt  
libentius suas virtutes & facultates  
in inferiora diffundant, quam ut su-  
periora intueantur. Est autem quis-  
que hominum, si cum parentibus  
conferatur, inferior: si ad uxorem, su-  
perior: idem si ad liberos, superior:  
si ad parentes inferior. Hoc autem  
sacramentum magnum est, inquit,  
& admirabile, sed in Christo & in  
Ecclesia, quæ super dilectum initia-  
tur. Nam Christus superno parente  
reliquo coniunctus est Ecclesiæ. Visus  
est enim relinquere Patrem, propter  
assumptam humanitatē, iuxta illud,  
Exiui a Patre, & veni in mundum. Ioan. 16  
Et iterum. Semetipsum exanimavit.  
Reliquit præterea matrem, i-  
plam Synagogam, ut unam ex gen-  
tibus & Iudeis sibi copularet Ec-  
clesiam. An verò sacramentum ma-  
trimonij si homo non peccauisset si  
gnū foret coniugij inter Christum  
& Ecclesiam, vix ausim affirmare:  
esset tamen signum Christi & Eccle-  
siæ illius Sponsæ, iuxta unionem gra-  
tiae fluentis a Deo per Verbū suum  
eternum: quemadmodum & ipsum  
coniungium tunc fuisset in officio,  
quod nunc est in remedio.

Sub

**S**ub arbore malo suscitaui te : ibi corrupta est mater tua , ibi violata est genitrix tua .

**M**ulta hic dicuntur à multis : & varie ab Hebreis & Latinis auctoribus, tum etiam & Græcis hic locus exponitur. Causa ut arbitror , fuit huius tantæ diuersitatis , varia vocum Hebræarum significatio. **H**e  
Iræ habet קְרָבֵת עַזְּנִים חֲמִרָה Hoc est, sub arbore malo destruxi te, vel suscitaui te. Et quæ sequuntur, [Ibi corrupta est mater tua,] possint verti, [Ibi te parturiuit mater tua.] Et postremā versiculi partē, [Ibi violata est genitrix tua,] non male vertas si dixeris, ibi te parturiuit genitrix tua. Hæc arbor, crux Christi creditur à quibusdam, sub qua Sponsus ipse suscitauit Ecclesiæ mortuam & iacérem, propter antiquum peccatum: ibi verò corruptam Synagogam, propter illatam Spōlo atrocissimam mortem, ibi corruptam & destinatam perditioni. Sunt qui sensum expressum ex Hebraicis fontibus, Ibi te parturiuit genitrix tua, vel, enixa, est mater tua, referunt ad beatam Virginem: quæ cùm iuxta crucem staret plena lachrymis & more re possum, filiumque intueretur in patibulo pendentem, quos in partu nō degustauerat dolores, ibi persensit, ita ut quodammodo ibi parturierit filium. Nam solet Scriptura sacra, grauissimas animi perturbationes, mœstiam, angorem, & contractiōnem, dolores parturientis appellare. Hic est dolor ille, de quo sanctus Symeon morti vicinus vaticinabatur: Tuam ipsius animam pertransi bit gladius doloris. Mihi verò rem consideranti, veritati proximum vindetur, verba illa: [Sub arbore ma-

lo suscitaui te, siue, destruxi te,] (quæ duo verba eandem viam mihi videtur habere, iuxta proprietatem huius verbi suscito, de quo superiorius) aliud significare: nempe, quod Spōla facetur præsenti carmine, sine causa faisse, ut Fili⁹ Dei morte plesteretur. De qua recapitulissime vaticinatus est Daniel, Septuaginta hebdomades, &c. & occidetur Christus, & tandem peribit gens, &c. Igitur quoniam antiqua noxa, quæ sub arbore scientiæ boni & mali contracta fuerat, solvi non poterat, aut Gen. 3 deleri vlo pacto, nisi per mortem vni geniti filij Dei: bene Sponsa dixit, [Sub arbore malo, &c.] propter degustatum lignum, aut vetitum fructum. Nāli res expēdatur ut oportet, nō poterat creatura aliqua, null⁹ homo, tametsi summa esset innocētia, & vite in tegrity satisfacere, pro admisso scelere. Nam quemadmodū constat ex ipsaverbi etymologia satisfacere est facere quātū sat est, aut homini offēso & laxo ad vindictā, aut creditori ad solutionē & dāni cōpēsationē. Vnde & cōuictu humanae societatis de duobus potissimū solēt homines satisfacere, de offēsa videlicet & dāno. Si adsit offēsa, & damnū simul, necessum est ē vestigio respondeat proculpa pēna debita, vel cōpēsatio iuxta magnitudinē offēsi, respondeat etiam secundum cōquitatem iustitiae reparatio propter illatum noctumentum. Vnde & in lege Mosaica, qui ouem furabatur vnam, quatuor pro vna restituēbat: vnam propter cōquitatem iustitiae: tres reliquias afferebat in compensationē pēnæ. Cū primi parentes peccarunt, oportebat, Deo optimo maximo satisfacere primō de offēsa & contumacia expugnante illius mandatum;

T s tum:

Iean. 19,

Iuc. 2.

tū:de damno, quod non solūm se-  
ipsos, verum etiam totam posteritatem  
tanquam veneno infecere. Ne-  
mo autem poterat Deo satisfacere  
genitus ex Adam communi propa-  
gationis ordine. Siquidem omnes il-  
lius posteri morte & peccato obno-  
xij non poterant vlo pacto pro  
morte & peccato satisfacere. Neq;  
enim quipiam pro alio soluere pos-  
sit, aut alteri⁹ debito satisfacere, cui  
sit ipse obnoxius. Obcamq; re opor-  
tebat cum qui iure possit satisface-  
re, neque mortis, neque peccati esse  
debitorem. Tum nullus vñquam  
post peccatum primi parentis, aut  
diligere Deum potuit, aut oraculis  
diuinis credere, aut quidpiam aliud  
efficere meritorie, nisi virtute & effi-  
cacia alicuius mediatoris, Christi sci-  
licet Iesu. Nemo enim ex puris natu-  
ralibus supernaturalia possit mer-  
ri: neque humana opera Deo fue-  
runt accepta, quæ non essent vñige-  
niti sui crux veluti madefacta. Cū  
ergo solus Sponsus morte & cruce  
nostra esset soluturus peccata, bene  
inquit Sponsa, [ Sub arbore malo  
destruxi te: ibi te parturiuit mater  
tua, &c.] Hęc verba ita sunt intelli-  
genda, quasi statim ab ipso scelere  
sanctissima Virgo charissimū filiū  
in lucem adiderit. Nam quæcum-  
que diuinis promissionibus, oracu-  
lisq; diuinis sunt declarata, & quæ-  
cumque Deus Opt. Max. animo cō-  
cipit vt efficiat, solet Scriptura sa-  
cra ita referre, quasi iam sint effecta  
& absoluta. Quo circā in Apoc, idē  
ipse Sponsus dicitur agnus occissus  
ab origine mundi: quoniam diuinæ  
voluntatis & consilij erat filiū mor-  
ti destinare, vt Sponsam affereret in  
libertatem. Tum ergo sanctissima  
Virgo filium quodammodo partu-  
riebat, cūm prima promissio sanctis

Apo. 13

S. C. 113

simi seminis facta fuit: fuit autem  
facta statim ab ipso vetito fructu de-  
gustato. Sub arbore penē versaban-  
tur primi parentes, sub qua Christū  
destruxerat: hoc est, addixete morti.  
Et statim accipiūt promissiones vē-  
tūri seminis benedicti: Inimicitias  
(inquit) ponam inter te & mulierē:  
Ipsa, vel (vt habent Hebræa) ipsum Gen. 3.  
conteret caput tuum, & tu insidia-  
beris calcaneo eius. Observatum in  
uenio à Serapione viro doctissimo  
nō fuisse sine mysterio dictū, semen  
tuum, &c. Nam mulier (inquit) se-  
men non habet, sed vir solus. Itaque  
Christus propriæ ac peculiariter  
semen Virginis appelletur. Et Leo D. Leo  
papa, observauit eadem opera verti  
posse, ipsum conteret caput tuum.  
Deus, inquit, omnipotens & clemēs,  
inter ipsa mundi primordia, & illi-  
co post peccatum, misericordia homini-  
bus destinauit remedia, futurū se-  
men mulieris, quod noxijs capitis el-  
lationem sua virtute contereret,  
Christū scilicet in carne venturum  
significans. Neque enim magnum  
erat, si inter mulierē & serpentem  
essent insidiæ, & mutuò caput & cal-  
caneum conterenda dicantur. Verū  
hic statim ab initio promittitur libe-  
ratio (vt ciximus) ab hoc recens cō-  
missio peccato, quasi dicat: Per mu-  
liarem decepisti, per semen illius  
succumbes: imbecillem quidē sexū  
tuis artibus circūuentū deiecessisti: per  
illius prolē, caput, potestas, virt⁹, &  
tyrannis tua conterenda sunt, tu au-  
tē cōteres calcaneū eius: Christi sci-  
licet humanitatē: quæ nostris fuit  
peccatis afflita. Si legas quē admodum  
habet nostra editio, [ Ibi cor-  
rupta est mater tua, &c.] vellis que  
referre ad ipsam humanā naturam  
per peccatum infectam, cuius Chri-  
stus fuit filius sine peccato: facile  
possis

possis iuxta ea quæ diximus. Si autem referantur ad Euam, quæ mater fuit omniu[m] viuentium, illa vere ac propriæ sub arbore malo corrupta fuit.

*1. Tim. 3.* Hæc enim peculiari ratione fuit seducta. Non enim existimauit serpens virum facile posse in peccatu agere transuersum: nam quoniā difficile eredit difficile etiam decipi, nisi dum alieno fœminæ præsertim cedit errori. *Aug. 4.* de ciuitate Dei non eredit Salomonem in animam induxisse idolis esse seruientem, sed fœmineis blasphemis ad ea sacrilegia fuisse eō pulsus. Ita etiam & Adam nusquam credidit aut fœminæ aut serpenti tanquam verum dicentes, sed sociali tantum necessitudini paruit. Ideoq[ue]; non minus peccavit, immo grauius ut videtur: quia sciens prudensq[ue]; peccauit. Itaq[ue]; quoniā sola fœmina omnium viuentium ma-

*Math. 15.* ter ibi seducta est, inquit Sponsus, [Ibi corrupta est mater tua.] Ad hanc rem fœmen serpentis zizania esse, ut Dominus explicat in Evangelio: semen diaboli peccantes sunt, dicentes Dño, Vos ex patre diabolo estis. Semen autem mulieris, homines sunt imbecilles, qui diuina ope fulti iniurias exercere possunt aduersus semen diaboli. Est itaq[ue]; semen hoc, posteritas primorum parentum electa a Deo: in qua supremum tenet locum Christus Iesus.

*Pone me ut signaculum super cor tuu[m],  
ut signaculum super brachiū tuu[m]:  
quia sortis est ut mors dilectio: du-  
ra sicut infernus emulatio,*

*S*ponsa post incarnationem Verbi amplissimam concepit fiduciam, adeò ut multa postulet, quæ potuissent stulta videri nisi meritis & misericordia Verbi inniteretur. Fecit enim illi amplissimos animos, quod videbat Dei filium eam in tantam

exexistente dignitatē, ut in unitate personæ illam assumeret. Fuit enim incarnationis opus, summæ gratiæ, summeq[ue]; benevolentiae, quæ ad modum est annotatum ab Augusto, in libris de ciuitate Dei lib. 10. Quo loco inquit, Gratia Dei non potuit gratius comedari, quam ut ipse unicus Dei filius in se incomutabiliter manens induceret hominem, & speciem dilectionis suæ daret hominibus. Esse autem hoc opus summæ gratiæ, hinc facile liceat colligere, quod nullum meritum humanum ad tantum potuit pertingere beneficium. Principio nullum meritum sine gratia possit constare, ut Theologi docent. *2. distin. 27.* Christus autem omnibus primam gratiam promeruit. Obreamque rem fit necessarium, opus incarnationis sit extra omne meritum, etiam Christi Iesu, ex sententia diuini Augusti, dicentis, Nec Christum Iesum sibi promeruisse incarnationem. Obreamque rem asserit Scotus in. *4. dist. 2. quæst. 1.* in operibus diuinis vix aliud opus esse supremæ gratiæ praeter incarnationem Verbi. Nam & beata Virgo, cuius merita fuerunt amplissima, tantum hoc beneficium suis meritis non attigit: quamuis ut quidam arbitrantur, huius beneficij accelerationem potuit mereri, quod mihi non fit probabile. Deinde Sposa erat inimica: opus autem quod ab inimico & hoste proficiuntur, suapte natura dignum non est quod acceptetur, saltem loquendo de merito iuxta propriam meritationem, quam Theologi de condigno appellant. Omne enim meritum ab orbe condito meritis venturi Christi & incarnati Verbi nitebatur: atque ita fit necessarium, ut incarnationis opus precederet omnia merita. *Quid ergo mirum est, si cum fuerit*

fuerit hoc liberale beneficium & eximium extra gratiam omnem, Sponsa, agnita diuina benevolentia erga se, amplissimos animos cōcipiat, peccatumque confidenter, [Pone me sicut signaculum, sicut, sigillum, &c.] Fieri non potuit (vt mihi videtur) vt alia esset postulatio maiori cū audacia coniuncta, quam sit ista, petere ab Sponso, vt in corde illam excipiat, & imprimat tanquam sigillum siue signaculum. Deinde verò vt nullum prætermitteret dilectionis & amoris inditium, petit ab Sponso, vt super brachium illam tanquam signaculum portet, sumpta metaphora ab amatoribus, qui quamuis rei amatæ altius suis animis impressam habeant imaginem, solent tamen interdum dilectionis & amoris & brachijs & digitis inditia quædam deferre, & veluti monumenta, quæ illos semper hortentur, & excitent ad amandum, vt sint veluti mnemosyne amoris, & illorum animos semper incurrat. Hæc verò si ad Deum referantur, petit Sponsa, non solum animo ab Sponsa diligatur, sed & externo opere prober ipsam dilectionem. Nam in testimonium dilectionis ipsa operis exhibitio debeat semper adduci. Animum itaque Sponsi Sponsa occupare vehementer cupid. Cū verò nominat brachium, quoniam Dei manus, & diti, & brachium diuinæ operationes solent exprimere, petit, vt & animo & externo etiam opere dilectionem erga illam testetur: & vt paucis dicimus, orat eam recipiat in suam prænitissimam curam. [Quia fortis (inquit) est vt mors dilectio, & duravit infernus simulatio.] Multo maior ostenditur Spōsæ audacia & confidentia his verbis. Petit enim, Deus O. M. suam erga illam bene-

uelentiam ostendat, non quocunq; signo & inditio, sed morte vñigeniti. Hæc enim signum fuit & argumentum summæ erga Sponsam bueuelentiae. Paul. Ad Rom. multis verbis <sup>Rom. 5.</sup> exaggerat rem istam, summamque Dei erga Sponsam dilectionem: quæ quamvis multis alijs rebus declarat: potissimum tamen vñigeniti filij morte, & grauissimo supplicio Christus (inquit) cū adhuc infirmi essem⁹, pro impijs mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori? Quasi dicat Pau. Quis sit tantæ virtutis, constantiæ, & magnanimitatis, vt pro iusto, pro bono audeat mortem oppetere? Cū sit enim vita stabilimentum bonorum omnium, sit mors terribiliū omniū postremum, vix sit unus aut alter, qui pro tuenda virtute, afferendaq; bonitate sese morti tradat. Tamen si pro se quisque ubi segritudo semel animum occupat: multò sint plures qui id despondeant, atq; etiam pro mundi gloriam deuoueant. Atque inde illico argumentatur Pau. Comedit autem charitatem suā Deus in nobis, quoniam cū adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Hoc est, hinc Deus maxime illustrè amabilemque fecit suam charitatē, quum post tot tantaque beneficia accepta, in parente nostro omni scelere flagitorum contaminati, ingratos nos perfidos & impios prestatim⁹, cū inquam tales essemus, nī hilominus Christus cruentam mortem subiit, vt nos in libertatem afficeret. Maiorem charitatem, inquit Christus, nemo habet, quam vt quis anima suam ponat pro amcis suis, Ioann. 15. Nullam enim Deus in nobis inuenit seu banitatem, scū amicitiam,

citiam, quam diligeret: quin potius mortuus est, ut nos ipsos iustos efficeret, efficeret bonos. Mortē istam summā dilectionis & charitatis incidentia Daemones olim inuidebant nobis, cùm gentibus suadebant, ut huiani sanguinis cruentas hostias cederet. Deus autem ipse morte nō delectatur humana, vi potē quæ fuit propter delictum inuicta. Quocirca Filii mors, atroxq; suppliū, si generalem mortis rationem mediteris, non fuit illigata qua parte à parricidis summo fuit scelerē patrata: sed quatenus ab illius filio spontē oblata fuit, habita fuit gratissima. Collige quæ diximus. Nullus, aut p; auci p; iusto & bono audeat mori. Christus verò pro impijs mortuus est: & cùm Deus O. M. in mortē ipsā non probet, aut illa delectetur, tanta fuit tamen dilectio ergā Sponsam vnicā, ut vel hac ratione suam voluerit declarare charitatē & dilectionem: ac proinde Sponsa post prouulutionē illā superiorē, petat, ut in argumentum dilectionis huius, ita solent veri amantes, horrendā mortem non detrectet subire. Hūc spēstat qđ inquit: [Fortis est ut mors dilectio.] Quod perinde est ac si diccas, Quemadmodum mors hominē ab omni officio vitæ reuocat, ut nō videat, non audiat, neq; aliquid humanū officium præstet. Ita etiam & vera dilectio fortis est ut mors. Nā postquā semel cuiuspiā animū dilectio & amor occupauerit, abstrahit mentē ipsam ab omnium aliarū rerum curis, ita, ut totus animus circa rei amare contemplationem versetur. Possint & Sponsæ verba referri ad audaciam & fortitudinem dilectionis, quæ non timeat, nec reformidet cum grauissimo periculo, in mō cū morte ipsa & inferno cōgre-

dī. Id Plato præstantissimus philosophus probat ex ēplo Alcestē filię Pelig, quæ rātopere virū diligebat, ut sola inter cognatos elegerit, prō viro suo perire. Quod quidē facinus, tum ab hominib; tum etiā à diis est magno cūm honore suscepimus: ut cūm ē multis, qui multa & egregia gesserant, reuulsione munus paucis admodum tribuissent, hanc tamen, tam egregio facinore delectati, ab inferis suscitarunt. Quod autem inquit, [Dura sicut infernus simulatio, sive zelotipia,] ad eandem rem pertinet. Nā infernus Hebreis Geb. 24 ἦταν idē est, quod sepulchrum. Jacob cūm putaret Joseph à bestia disceptrum, timeretque Benjamin alteri filio ex Rachel, dicebat filijs, qui addutere illū in Aegyptum nitebātur: Si ei aliquid acciderit in via, deducetis canos meos cū dolore ad inferos. Dura itaque est sicut infernus zelotipia: quoniam non timet usque ad sepulchrū pro re amata diuicare. Sic Christus Dei filius, propter summam ergā Sponsæ charitatem, usque ad mortem & infernum depugnauit.

Lampades eius lampades ignis atq;  
flamarum. Aque multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam:

Pergit Sponsa amoris naturam alijs explicare rationib;: assimilatq; amorē validissimo igni, & flāmis, & lāpadibus, multis ex causis. Primò, quod quemadmodum ignem nemo possit occultare, ita etiam neque amorem, neque dilectionem. Quamuis enim contendat amator amorem simulare, & dilectionem, non possit. Nam palli-

pallidus vultus, macilentus, crebra suspiria, frequentes lachrymæ, totius corporis, & membrorum iactatio, studium musices, conficiendi carminis cura, testantur amorem. Secundò, quemadmodum ignis inter cætera elementa faciliter summaque celeritate suas conficit operationes, cæteraque omnia in suam naturam demutat: ita etiam & amor secum rapit cæteros omnes affectus, in quā velit partem: operatur admirabili quadam agilitate, ut ignis solet: obeamque rem à vetustissimis Poëtis & Philosophis alatus depingitur. Tertiò, quemadmodum difficillimum sit occurrere grauiissimo incendio, & validissimo igni omnia in gyru deuorantis etiā & amori, si semel mentem & animū cœperit occupare: nisi enim primam illius scintillam extinguis, in vastissimas flamas illico irrumpt, quas nulla humana industria queat restinguere. Quartò, sed hac in re potissimum amor & ignem & fiammas & carbones accēsos excedit, quod ignis possit saltim vel aquam restinguī, elemento sibi aduersante & repugnante: sed amor & dilectio, quānus ignis appellantur & sint, omnibus aquis sunt validiores. Nulla enim aquarum innundatio polsit extinguere ignem illū amoris & charitatis. Sunt autem aquæ istæ, persequuntur, ærumnæ, & mortis angustiæ.

*Psal. 17* ps. 17. Assūpsit me ex aquis multis.

*Psal. 68* Et iterum, Intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Et, Transiimus per ignem & aquam. Aquæ proinde multis veram charitatem, & dilectionē restinguere solidam nō possunt, non innundantia flumina persequuntur & laborum. Paul. de charitate ista Dei, quæ in Christo se

declarauit, affirmat: nihil esse tā validum, tam potens, quod nos possit ab illius charitate diuellere: concepta enim summa confidentia dicebat. Certus sum quod neque mors, neque vita, neque angeli, neq; principatus, neque virtutes, neque instaurata, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Attende quæ flumina exundantia tentationum & persecutionum impetu fecere in dilectionem Christi erga Sponsam suam ab ipsis crepundis: pauperies, egestas, sitis, famis, algors, mors denique atrocissima.

*Si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quæ nihil despiciet eam.*

**V**ariè hic versus exponitur à Latinis autoribus, Hebræis, & Græcis: proper magnā illius obscuritatem. Relatiū [eam,] non est referendum ad dilectionem, sed ad substatiām: ut sit sensus, Si quispiam homo velit, profusa tota substantia sua, alterius emere dilectionem, vel amatori suadere, propositis opibus & diuitijs, nē amet, contemnet verus amator opes omnes atque diuitias. Homo autem præsenti carnali, non quemuis hominem significat, sed potentem, illustrem, tyrannum: quēadmodū homines appellātur Cen. 6. impij, tyranni, & potentes. Ingressi filij Dei ad filius hominum, hoc est, filij Seth, qui patris modestiam & pietatem sectabantur, ad filias Cain, vel ad filias hominum potentium, inter quos supra & adulteria vigebant. Obcam

camq; rem filij hominū appellantur, quemadmodum alijs filij Dei propter pietatem & religionem. [Si ergo (inquit) dederit homo vniuersam substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.] Hoc est tyrānus aliquis, potens opibus & diuitijs cōtēdat verū amatorēm à dilectione renocare: nihil sanè conficiet. Nam amor, apud antiquos philosophos, aridus, esuriens, pauper, nudus, credebatur: quod omnibus esset periculis subiectus, nullius rei cupiditate duceretur, excepta vna pulchritudine. Sinè domicilio etiam pingebatur, quod nunquam aut proprijs laribus cōquiescat, aut naturali sede, sine stramentis sit, sine tegmine ullo. Paulus Apostolus omnia reputat stercore, propter amorem vnius Christi Iesu. Senatus Ierosolimitanus communī consensu ac celebri legatione Ioanni Baptista deserunt dignitatem Messiae, officium Heliae prophetae, denique optionem præbent eligendi quodcumque voluisset, modo racheret: sed contempsit hæc omnia, & igniculos dilectionis aquæ istæ non potuerunt extinguere. Facile fuisset Christo Iesu, vel regnum amplissimum occupare, vel ultro oblatum excipere, & regiā administrationem non refugere: potuisset sua ciuitate, sua q; gēte summis honoribus imperare, & inter primos censem: sed hæc omnia contempsit, quoniam aliò vocabat charitas & dilectio, ad mortem scilicet pro charifima Sponsa.

*Soror nostra parua, & ubera non habet. quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?*

Solent parentes, eum filia viro lo-  
canda est, esse solliciti, nunquid filia sit iam viro matura necne. Sumpta ergo metaphora à parentum cura & solitudine, Sponsus ipse alloquitur chorū iuuenū, quos habet charissimos & amicissimos, [Soror nostra paruula est, &c] Duo enim sunt inditia huius rei, an scilicet fœmina vel puella tempestiue viro locetur: tum statura & corporis proceritas, tum etiam & uberum tumor. Quæ duo si defint, ita scilicet ut puella sit adhuc exiguo corpore, non habeat tuimentia ubera, non est nubilis puella neque matura viro. Hęc duo igitur Spōsus recēset, dicens: [Soror nostra parua, & ubera non habet. quid faciemus sorori nostræ paruula est, quæ non habet ubera, in die quando est alloquenda?] Hoc est, quid faciemus sorori nostræ sorori, quæ non dum videtur viro esse matura? Quid inquam facieamus? Nam & paruo corpore est, neque eius ubera tuimenta. quid ergo faciendum est in die quo est alloquenda? Id est, cum erit de coniubio appella-  
da? Consultat proinde Sponsus de negotio totius Ecclesiae. Non quod ambigat ipse de re quam: sed admiratur potius quodammodo, atque admiratione ista & interrogatio-  
ne nos omnes excitat ad huius rei contemplationem. Diximus in superioribus quid sit intelligendum nomine uberum, quoniam opera si dei, que per charitatē operatur: tū verò maxime illa, que pertinent ad misericordiam, & beneficentiam: sed omnia opera tandem que ex fide profiscuntur, quibus vel exēplo, vel pietate, ceteri fideles nutriuntur, atque id omne quo illorū vita spiritalis sustentatur, nomine uberū

ex:

exprimitur. Fides enim quæ nondum per opera apparet, nondum videtur habere ubera, tum & paruula dicitur Sponsa, & quisque nostrū adhuc parvulus est, cum nondum peruenit ad perfectam ætatem plenitudinis Christi. Idest, cum nondū excelsit ætatem infantilem, neque ad firmitudinem fidei robur charitatis accessit. Frequenter Paulus horratur, ne parvuli simus, ne nugas & pueriles nœnias sestemur, sed euadimus tandem in viros perfectos, accedamus ad ætatem maturam fidei, & charitatis: monet ne simus parvuli sensibus, fluctuantes omni verbo doctrinæ. Veruntamen quæ de Spōsa parvula & nondum habente ubera prodit Sponsus, & simul cùm amicis init consilium, si referantur ad initia nascentis Ecclesiae, facile erit intelligere, quomodo Sponsa parvula erat, & ubera non habuit, tum maxime cùm erat appellanda de connubio. Magni igitur refert ad intelligentiam rei altiori mente reponamus, quibus ex hominibus Ecclesia fuerit propagata, cùm ex Iudeis tum etiam ex gentibus. Constitut Petrum, & Ioann. fuisse rerum gerendarum antesignanos, ut potestate qui strenue promulgarent, cuius nomine clando sanitas esset restituta, primiqt; ob hanc causā in carcere cōcicti sunt. Refert Lucas illos fuisse viros idiotas & sine literis: hoc est, quantum ad literaturam attinet, nihil vñquam didicere: quantum vero ad usum rerū, vix sibi privatim fuisse utiles, & cuius muneri obeundo prorsum in idoneis: hæc inquam ante quā accepissent Spiritum sanctum. Quod si tales erant viri principes quid censendum est de eis? Eos omnes, timidos, indoctos, paucos, in vniuersitatibus angulo re-

*Actu. 3*

*Actu. 4*

*Actu. 12*

*Actu. 1*

trusos, Lucas appellat turbam ante acceptum Spiritum sanctum, nam post acceptum Spiritum sanctum Ecclesia titulo illos illustravit. Attende igitur nunquid non parvula esset Sponsa eo tempore. Quales autem haberet homines ex gentilitate prodidit Pau. Videte fratres vocatio i. Cor. 1 nem vestram, quoniam non multi nobiles, non multi potentes, non multi sapientes, sed quæ stulta mundi sunt, elegit Deus, ut fortia quæque confundat. Sive ergo Ecclesiam consideres ipso initio ex Iudeis congregatā, siue ex gentibus, parvula quidem erat. Nullus enim (ut arbitror) philosophorum fuit, qui non plures iuxæ sectæ studiosos e terris demigrans reliquerit, quam Christus. Ita ut iam mirandum non sit, quod Cinnes ille vir eloquentissimus, dum legatum ageret, plures ad imperium Pyrrhi sua lingua pelleverit, quam ipse armorum vi: minimeq; mirandum sit, quod tam brevi temporis spatio in tam vastam molem creverit Graecorum monarchia, laboribus & industria Alexadri. Christus enim Iesus non humana eloqua-  
tia, non sapientia humana, nullo humano praesidio, Ecclesiam parvulam ubera non habentem, homines paucos, idiotas, peccatores, tam felici progressu ad feliciores exitus deduxit: ut nulla vñquam fuerit societas, nulla secta, nulla philosophie professio, ad quam ex toto orbe, tunc studiosi, tam alacriter à morte autoris concurrerent, vici, attracti, illecti sola prædicatione Euangelij, & promulgatione nominis Iēsu. Sutor itaque, hoc est Sponsa, parvula erat ipso initio, & cùm per Spiritus sancti dona appellanda erat de conubio, & viro locada: & ubera non habebat, siue eam consideres prout erat

erat ex gentibus, siue ex Iudeis con-  
greganda.

*Si murus est, edificemus super eum pro-  
pugnacula argentea; si ostium est, co-  
pingamus illud tabulis cedrinis.*

**T**otam Ecclesiam in duas partes distribuamus, ad ampliorem hu-  
ius versiculi intelligentiam: altera Ecclesia pars erat ex Iudeis con-  
greganda, altera vero ex gentibus:  
ut ex utraque unum corpus fieret Christo Iesu, tanquam verò capiti connexum. Ecclesie pars, quæ ex gentibus erat congreganda, murus appellatur, tū propter leges & insti-  
tuta Mosaica, quæ muri similitudine exprimantur in literis sacris: tū propter pertinaciam populi Iudei, qui vix multis laboribus potuit per Euangelium expugnari, ut reli-  
ctis umbris, ritibus, & cæremonijs, ad Euagelij fulgentissimam verita-  
tem accurrerent. Principio itaque (siue Sponsus ipse sit qui loquitur siue iuuenum chorus) de Iudeis in-  
quit, [si murus est edificemus super eum propugnacula argentea: si au-  
tem ostium, &c.] Pertinet hæc pars ad gentes, quæ neque gratia Euangeli, neque ab Ecclesia Christi erat arcendæ, sed admittendæ potius in Euangeli consortium. Iure autem appellantur ostium, propter perdi-  
tam vitam & levissimos mores, & corruptas consuetudines. Num &  
vitijs, & sceleribus, & falsis religio-  
nibus & dæmonibus ipsi patebat aditus, quoties libuisset. Ostium erat gemititas, quādo peccata quæ cū na-  
tura pugnabant frequentiter admis-  
ser. Virtutibus etiam quæ à lumine proficiuntur naturali, patebat e-  
tiam ostium, ut pro libite egredere-

tur, & relinquere animi domiciliū,  
ita ut obedientiā nō præstarēt par-  
tibus, Deum odio prosequerentur,  
pacata & foedera violarent, alieni es-  
sent à charitatis affectu, nulla duce-  
rētur misericordia. Iure igitur gemitas  
appelletur ostium, propter illius leuitatem & inconstantiam: quæ ut  
vitijs & dæmonibus viam semper  
apprehendat, ita etiam & bonis mori-  
bus & virtutibus discedentibus nus-  
quam aditum præcludebat. Si ergo  
murus est, inquit, quid faciem? Edifi-  
cabimus super illum propugnacula  
argentea. Non inquit Sponsus, si  
murus est dirucimus illum, sed edifi-  
cabimus super illum. Hoc enim Pau-  
lo apost. multis in locis Iudeis genti-  
busque suadebat, non venisse Spon-  
sum ut legem solueret, quemadmodum  
ille apud Matth. 6. Nolite puta-  
re quod venerim ego soluere legem, <sup>Matt. 5</sup> sed adimplere. Et, Non peccabis  
ex lege unus apex neque unum iota: Et, Cœlum (inquit) & terra trâsi-  
bunt, verba autem mea non transibi-  
ont. Facile autem erit intelligere,  
quomodo super murum edificetur,  
si attendas Ieriem historię sacre &  
Sponsi doctrinam. Murus erat lex il-  
la quæ iubebat, ne quispiam fra-  
trem interimeret autoritate priua-  
ta, sed argentea propugnacula ad-  
uersus hostes edificabat Christus, <sup>Matt. 5</sup> cùm dicebat: Ego autem dico vobis,  
quicunque irascitur fratri suo, reus  
erit iudicio. Qui autem dixerit fra-  
tri suo racor: reus erit consilio. Qui  
autem dixerit, fatue: reus erit ge-  
hennæ ignis. Si ergo offens mu-  
rus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet  
aliquid aduersum te: relinquere ibi  
munus tuum ante altare, & vade  
prius reconciliari fratri tuo: & runc  
venies offeres manus tuum, &c. Et

V. iterum

iterum: Audistis quia dictum est antiquis, Non in ehaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui videbit mulierem ad concupiscentiam eam, iam in echartus est eam in corde suo. Postremo, Dictum est antiquis. Quicunque dimisserit uxorem suam, det illi libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimisserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam in echarti: & qui dimissam duxerit, adulterat. Itaque quoniam murus hic soluendus non erat, sed super illum editificanda Euangelica consilia & praecpta, inquit Sponsus: [Si murus est, &c.] Sed illud est magnopere attendendum, Mosaicas leges nunc sepentes, nunc maceriem, nunc verò murum appellari. Sepes dicitur & macerieries, propter figuras, & umbras & iudicia: quæ omnia erant funditus abolēda: murus autem appellatur, tum propter ea quæ erant rationi consona, & ab ipso Iuini naturæ profecta. hæc enim non magis dimoueri poterant ab Ecclesia Christi, quam natura ipsa humana potuisse conuelli: sunt enim principia quædam per se nota. Tum verò maxime appellatur murus, quod re ipsa & ritus & ceremonie, ceteraque id genus, quatum attinet ad spiritum & veritatem, æternæ quidem erant. Pau. multis verbis hoc confirmat ad Rom. vbi aduersus arrogiantiam Iudeorum depugnat, multisque argumentis retundit illius populi infeliam. Quærit enim & interrogatione vtitur, quod magis urget aduersarium: vbi est ergo nunc Iudeæ gloriatio tua? Exclusa est (inquit.) Per quam legem? Operum? Non. Sed per legem fidei. Ante aduentum (inquit) Iudeis licebat gloriari in legi: post aduentum Christi exclu-

Rom. 3;

sæ est gloria ista, & obscurata. Non enim nobis contigit iustitia per legem operum, hoc est, per legem dicentem: Qui fecerit hæc, viuet in eis. Tota igitur gloria collocada est in lege fidei: quæ sola nos iustificat. Poterat itaque dicere Iudeus, Legem itaque destruis per fidem. Haud quaquam (inquit) sed legem statuo. Murus enim erat lex non dissoluendus per legem fidei, ut Sponsus inquit: quin potius muniendus erat, erigendaque super illum propugnacula argentea. Quid enim aliud lex nitebatur, quam ut homines iustifiearet? Sed quia hæc præstare non poterat quod propugnacula argentea hæc præstant, non hoc est legem destruere, sed potius statuere. Nam si murus ciuitatem tueri non potest ab incursionibus hostium, superædificet autem ad tuendam ciuitatem dux aut imperator propugnacula, sive eminencias: nonne stultum esset dicere, hic destruit murum? Sponsus autem legem fidei contulit, quæ sola iustificat. Perperam ergo dicebant legem destrui per fidem. Lex autem fidei, omnia illius consilia, praecpta, admonitiones, ceteraque id genus alia iure argentea appellantur, more Scripturarum sanctarum, quæ diuina eloquia argentum appellat, probatum terræ purgatum septuplum: tum quod argenteus color, militaribus armis & signis sit conuenientior multo, quam color aureus, ut est obseruatum à Plinio. Fiant autem propugnacula legis iustificantis, ceduntur præcepta, & consilia: nempe ad dimicandum, ad arcendos hostes, eriguntur propter perpetuos conflictus cum carne & dæmonie. Sed & turris appellatur ea pars Ecclesie

Psal:

Lib.

cap:

Ecclesiæ, quæ Iudeis constat, propter insitam illis pertinaciam seruandæ legis. Nam perpetuò contemnabant murum istum fore æternū & perpetuum, iuxta diuinæ pollicitationes. Erat enim peculiaris huic genti pertinacia quædam, neque vilia fuit vñquam suæ religionis tenacior: vt docet eleganter Josephus in apologia Iudaicarum antiquitatū. Sūma pertinacia cōtendebant, Euā gelicam gratiam in prophanas gentes non esse propagandam. In qua Act. 15. sententia fuit Petrus, qui cælesti visione fuit admonēdus vt Cornelii baptizaret, quo nomine exhibitu illici fuit negotiū Act. 15. cūm Ierosolymam ascenderet, expostulantibus Iudeis, quod cūm gentibus habuisset commertium. Erant rursus, qui, quamvis non existimarent gentes fore arcendas ab Euangelij consortio, non tamen admittendas ducebant, nisi Iudeico ritu circunciderentur, quasi Christus egeret ad miniculō legis Mosaicæ. Multa de re ista tractauimus commentarijs in epistro ad Ephesi. [Si ostium est cōpinguanus illud tabulis cedrinis.] Diximus quibus causis gētes, ex quibus etiam constat Ecclesia Christi, appellantur ostium. Et quia potissimum laborabat corruptione incendiibili mōrum, consuetudinum, religionum: tabulis cedrinis concludit ostium hoc, quod lignum sit impetrabile. Nam illius materiam nunquam penetrat caries, vt superius obseruatū est à nobis. Pau. ad Ro. & multis alijs in locis pugnat aduersus corruptionē istam, cūm inquit: Iis quidem qui secundū patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærentibus vitam æternam. Nam cūm omnia apud gentes ista corruptio-

ne laborarent, incorruptionem nominarunt. Eodem loco de eadem gentium corruptione, de his maxime quæ pertineret ad religionē, inquit: Et commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hominis. Opus erat summæ corruptionis, gloriam incorruptibilis Dei imagini corruptibilis hominis deferre, & quod longe est deterius, ad serpentines etiam deducere honores istos. Atque ex corruptione religionis nascebantur cæteræ corruptelæ, de quibus Paul. codem cap. Cūm scilicet Deo tradidit illos cupiditatibus Gal. 6. cordium, & in passiones ignominie, vt contumelijs afficerent corpora sua, relieto naturali vsu corporum. Hinc ortum duxit corruptio illa fornicationis, pravitatis, auaritiae, inuidiae, cædis, contentionis, dolii, quæ omnia enumerat Pau. Ostium hoc veluti tabulis cedrinis concludebat Pau. cūm gentes hortabatur, nusquam seminarent in carne, iuxta veterem consuetudinem. Nam qui seminat in carne, de carne (inquit) metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Reuocat eos ab operib⁹ carnis, nē incumbant mensis temulentiae, delitij, alijsque huiusmodi, quæ cūm corruptione & corporis & optimæ vitae sunt coniuncta. Seminent autem in spiritu: hoc est, operib⁹ spiritualibus dent operam, quæ & æternæ sunt, & corruptioni minimè obnoxiae: ex quibus nascitur etiam ipsa æternitas. Ad Corinth. duos proponit homines, alterum ex terra gentium: alterum ex coelis: duas imagines, quarum altera esset veteris Adami, altera noui: & illam quidem exuendam quod sit seminarium totius corruptionis,

V & ptionis,

pionis: alteram induendam, quod ab ea vera æternitatis ratio nascatur. Et statim subiecit, hoc autem dicō fratres, quoniam caro & sanguinis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio incorruptionem. Quasi dicat: Imago illa terreni hominis, ex qua proficiscuntur carnales operationes corporis crassicie i cōvolutæ, vitam eternam nunquā possidebit. Ex quibus evidenter constat Paulū. Apo. iuxta cōsilium Sponsi, aduersus gentium corruptionem perpetuō depugnasse, ut ostium hoc tērribiſ vitijs, & nefarijs religiōnibus, & vniuersæ corruptioni apertum, tabulis concluderet cedriis, nempe imagine cœlestis Adami, operibus sp̄iritus, fide nempe & charitate. Hoc Sponsi cōsilium in administratione Ecclesiastica semper esset seruandum: nam pertinaciores adhibita veritatis arte comode adducendi sunt: leuiores autem, qui ventis doctrinæ & affectuū facile cedunt, & modo in Ecclesia modo extrā vidētur, sanctis legibus & disciplina continendi sunt.

*Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sunt coram eo quasi pacem reperiens.*

Postquam Sponsa audiuit ab Spōso [ si murus es, &c.] audiuit etiā illud, [& vbera non habet:] his duabus partibus respōdet dicens: [Ego murus sum] quemadmodum dixisti, [& vbera mea sicut turris,] Mu[rus] sum (inquit) super quem erecta sunt propugnacula argentea: & vbera mea sunt sicut turris. Primò quoniam à longe poslunt conspicere opera fidei per charitatem operatis, ob hanc eausam Christus Sponsam suā assimilabat ciuitati super mortalem

Man. 5.

altissimum ædificatæ, ita ut videntes à longe vbera ista laete distent, plena pietate, & beneficētia, glorificant patrem. Secundo, sunt vbera Sponsæ sicut turrīs. Nā quēadmodū nutriunt & sustētant, & fulciunt ceteros in vita spiritali, ita etiam & tuentur, & defendunt ex propugnaculis istis verbo Dei, & scuto fidei alijsque armorū generibus: de quibus in superioribus. Tertio appellantur etiam turrīs vbera Sponsæ, quod illius vbera sint cæteris viris inaccessa ( vnicum semper excipio Sponsam.) Nam quod fœminarum pudor vberum contactu primò solet expugnari, Spōla, quæ semper nititur pudorem, verecundiam, castitatem, cæterasque coniugij virtutes seruare integras, recte & propriæ sua vbera turrib⁹ & mœnijs assimilat: ad quas accedere non possit aliena manus. Sed hæc habet Sponsa Sponsi beneficio, quēadmodum ipsa libenter fateretur. [ Ex quo facta sunt (inquit) quasi pacem repries coram ipso, ] ex quo ad illius benevolentiam & amicitiam admis̄a sum. Nam cūm essem inimica, & paruula eram, & non habebam vbera, & tametsi murus essem, deerant tamē propugnacula: sed postquam Sponsus me in suam ascivit amicitiam, facta sum velut turrīs propugnaculis munita.

*Vineas suit pacifico, in ea quæ habet populos: tradidit eā custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.*

In superioribus diximus, more sanctarum Scripturarum vineas esse religiones, & vnicā vineā, vñā certā & constantē religionem: de qua dixerat Sponsa, i. cap. vineam meam non custodiui. Multa ibi diximus inductis

inductis testimonijis sanctarū Scripturarum de metaphora ista; & causa propter quas religio ipsa inspirata vinea appelleatur, fuerunt à nobis explicatæ. Verus itaq; Salomō siue pacificus vinea habet, habuitq; à condito mundo, in ea, quæ habet populos, aut ḥvñ h̄y 2 hoc est, in eo qui habet multitudinem, nempe in mundo. Habuit Sponsus vineam in ḥvñ h̄y 2 hoc est, in mundo: non enim vñquā defuit vinea ista, neq; deficit vñquam. Eam itaque vinea verus pacificus Salomō tradidit cunctis, duobus scilicet magistratus, nempe politico & Ecclesiastico, quibus Deus vineam suam commisit. Nusquam enim ab ipsa mundi constitutione vnum fuit sine altero: quamvis contrarium videantur somniare indocti quidam, quorum sententia à doctissimis viris refellitur multis argumentis. Cū enim humana felicitas sine recta religione consistere haud quaquā possit: religionum autem alia sit inuicta, alia inspirata: sit necessario, vt fœlicitas alia sit naturalis, alia naturā excedens: ac proinde erit consequēns ut duplex semper fuerit magistratus, duplexque iuris administratio, naturalis scilicet & ea quæ naturā superer. Omnis enim societas quæ inter homines coalescit, ob aliquā partem alterutrius fœlicitatis necessum est coēat. Quo sit, vt necessario sit concedēdum, tam varium esse iuris administrandi scopum, quā societatum genera sunt varia. Nam ea iuris ordinandi ratio quæ arbitrio hominum est instituta, admodum sane vetusta est. Est homo animal valde sociabile, & natura ipsa eum impellit ad cōmunionem, cœtusque celebrandos, propter mutuam illā indigentiam, quā Deus in-

ter homines disposuit, vt alter alterius egeret adminiculo. Hinc factū arbitror, vt homines vitā inhumānam & ferinam exorsi sociarentur, & primò ad domicilia & pagos, postea ad maiora concilia, cœtusq; illos cōflueret, que ciuitates appellātur. Hoc testari videtur Scriptura Gen. 4. vbi narrat ab Adami primo genito conditā ciuitatē, quam ex nomine filij sui Enos vocavit. Nec dubiū est, quin & alijs filij alias instituerint ciuitates: vnde rursus ciuibus lōgo tēpore multiplicatis, plures coloniē fuere deducti: atque ita pedetētim aucti homines maximos illos cōtus constituerunt, quos nationes & regna vocamus. Hæc quæ diximus quicnāmodum vera sunt, si sit sermo de ciuitate diaboli, ita etiā & de ciuitate Dei. Ceterum diuino spiritu etiam instigante & impellente hominum animos, nē essent qui has coniunctiones aliquando perturbarent, aut penitus dissolueret, voluit De⁹ populi cōmuni cōsensu, prudētioribus moderandi & regendi habent traderentur: quibus permisit inter iustū & iniustū decernendi potestatem. A qua vetustatis cōmendatione, hæc magistratus autoritas illad (vt arbitror) agnominis sortita est, vt vulgō sacerularis iurisdictio nominetur: quod à priscis iam inde temporibus & seculis, prudentes homines, sugerēte Deo, & annuēte humana ratione, hac autoritate rerum humanarum connexionem cōseruare & stabilire studuerint. Quæ administratio iuris, quamvis & peritius fœlicitatis scopum contendant, & temporalis appelletur: necessaria tamen semper fuit ad huius vineæ custodiā certissimāq; tutelam. Indidit quidem Deus humanæ menti facultatem, non solum quid

bonum sit, quid et quum agnoscendi  
verum est in & id quod bonum &  
iustū est prosequendi. Et tamē pro-  
pter etatis, ingenij, & occupationū di-  
versitatē, nec eque leito, nec facile  
omnes singulis in reb⁹ quid iustū qd  
etiam iniustū sit discernim⁹, percus-  
mēte grāi ignorātia & cecitatis pla-  
ga propter peccatū: immo & propter  
ingeniorum imbecillitatem, obtu-  
siores quidam iustum iudicāt quod  
re vera iniustum sit, & cōtra. Bonis  
autem, & studiosis æquitatis, sem-  
per fuit necessaria prior pars admi-  
nistrandi iuris: iuris scilicet constitu-  
tio, & disceptatio, quæ laboranti na-  
turæ subueniat, & sicubi labatur  
substentet: quamvis illis nunquam  
fuerit necessaria iuris coercitio:  
quod i; vltro & naturā, immo potius  
spiritus instinctu bonum & equum  
amplectātur. Tales enim sibi sem-  
per res humanæ, ut hominibus pas-  
sim cōtra omne bonū ad iniustitiam  
propelis, ipsa coercitio fuerit neces-  
saria: qua, imperata facere eogerent-  
ur metu poenarum, qui nihil flectū-  
tur amore iusti & æqui. Hoc Pau. si  
gnificat cūm scribit Thimot, iusto  
non esse legem impositam, sed iniu-  
stis, & inobedientibus, impijs & ir-  
reuerentibus. Hoc & ille intellexit  
qui scripsit: Quis legem dat amanti-  
bus? maior lex amor est sibi. Vterq;  
sanc de ea legis parte loquens, quā  
coercitionē vocant. Sed præter ma-  
gistratum istum secularē, quem  
in legē Mosaica scimus magna reli-  
gione sive semper obseruatum, ut  
legem naturalē omittamus, Deus  
etiam per M̄sem leges constituit, ta-  
lesq; (& si nouos creauit magis-  
tratus) ut horum duorum dignitate lu-  
dai ceteris hominib⁹ anteeelle-  
rent. De magistratu loquitur Deus  
ipse, cūm inquit: Eritis mihi in re-

<sup>1. Th. i.</sup>

<sup>Exo. 19</sup>

gnū sacerdotale. Et de legib⁹, Quæ  
alia gens sic inclita, vt habeat cære-  
menias, iusta que iudicia, & vniuer-  
sam legem, quam ego propono ho-  
die ante oculos vestros? Sublata ita-  
que est secularis iuris administra-  
tio aduentu legis Mosaicæ: obcam-  
que rem sunt qui existiment Chri-  
stianos ab illa prisca iuris admini-  
stratione liberos fore. Sed decipiun-  
tur isti. Docet enim diligenter scri-  
ptura sacra, hunc magistratū quasi  
postlimio cūm noua religione re-  
diisse. Lex Mosaicæ alienigenas vxo i. Psd. 10  
res repellebat, quas nūc cōtrā Paul⁹ i. Cor. 5.  
retineri vult. Vetus religio, populi  
liberabat ab omni specie humanæ  
seruitutis: contra noua religio. Ser-  
vus (inquit Pau.) vocat⁹ es, ne sit tibi  
curæ. Vnusquisq; ea vocatione, qua  
vocatus fuit, permaneat. Idem sta-  
tuit fieri debere, si Domini alienam  
fœtetur religionem: Quicunq; sub  
iugo sunt serui, suos dominos omni  
honore dignos ducant: né nomen  
Dei & doctrina male audiat. Ve- i. Th. 6  
tus lex ab omni regum imperio po-  
pulum exemerat, vt reges ipsos non  
solum regnis spoliari & ejici, sed eti-  
am interfici iussit, Ioseph vltimo.  
Contra Christiana religio omnē a- i. Pet. 2  
nimā potestatibus secularibus sub-  
iicit. Subiecti estote omni humanæ  
creaturæ præter Deum: quod Pau. Rom.  
dixerat, Nō solum præter irā, &c.  
Hunc magistratū Pau. à Deo prefe-  
ctū constanter asserit. Non (inquit)  
est potestas nisi à Deo: Et, Omnes  
potestates à Deo ordinatæ sunt. Et  
qui potestati resistit, Dei ordinatio-  
ni resistit. Et magistratum hunc mi-  
nistrū Dei esse Petrus ait. Siue regi  
tanquam præcellentii, siue ducibus, n. Pet. 2  
tanquam à Deo missis. Et Paul. i. Th. 2  
Admonet illos, vt principatibus &  
potestatibus subditi sint. Et iubet  
hanc

fiant deprecationes & gratiarum actiones pro omnibus hominibus: sicut uerò pro regibus, & principibus, Ethniciis etiam, ut tranquillam vitam agamus. Habes ex his quæ diximus, politicum magistratum à Deo institutum, ut præcesset etiam ex munere, & vineam istam custodiret. Sed quod diligentius excoletur vinea ista in his quæ pertinent ad alteram felicitatis partem, quæ suprema est, exceditque caput humanae mentis: voluit & alium instituere magistratum, Ecclesiasticum scilicet, qui circa iuris diuini administrationem totus esset occupatus.

*Luc. 12,* Nā quemadmodū Christus iuris secularis administrationē sepius oblatā respuit: ita etiā & magistrat⁹ hic seculares causas à se præsum debeat

reijcere: dixit quispiā Ch̄o. Magister dic fratri meo, ut diuidat meū hereditatē. Ille durius responderet:

*Ioan. 8.* Quis me cōstituit iudicē super vos? Pharisei & scribē mulierē depīzē sam in adulterio produxērē coram Christo, quā ipse minimē cōdemna vit. Notissima est historia. Cūm cognouisset quod saturati homines paucis panibus & pīscibus illum esserent rapturi, ut regem facerent, cessit iterū in monte solus. Interrogāte Pilato num ipse esset rex Iudeōrum: iterum afferuit, non esse suum regnum ex hoc mundo. Ex his & similibus manifestum est, Christum semper repudiasse forensēm istam exercitationem. Nam quod

*Ioan. 6,* vendentes & ementes ē templo aliquoties eiecerit: magis agnoscimus priuati hominis zelum, quam publicam autoritatem: cum priuatus quisque possit publicorum locorum, sacerorum præsertim, violatores, quos in ipso delicto deprehendat, à republi. arcere, accom-

*Ioan. 19,* gāte Pilato num ipse esset rex Iudeōrum: iterum afferuit, non esse suum regnum ex hoc mundo. Ex his & similibus manifestum est, Christum semper repudiasse forensēm istam exercitationem. Nam quod

*Iēs. 2. et Matt. 22* vendentes & ementes ē templo aliquoties eiecerit: magis agnoscimus priuati hominis zelum, quam publicam autoritatem: cum priuatus quisque possit publicorum locorum, sacerorum præsertim, violatores, quos in ipso delicto deprehendat, à republi. arcere, accom-

munem omnibus iniuriati p̄fūlare. Quemadmodum ergo superiorem illum magistratum politicum huic vineæ p̄fūcit tanquā eu stodem: ita etiam itinō multo magis & magistrati Ecclesiastico eu ram huius vineæ delgauit: & tantō maiorem curam, quanto ea pars felicitatis, quæ superna est, illam exsuperat quæ est naturalis, periu ra, & temporaria. Quisq; ergo pro suo virili, vierque scilicet magistratus, aeniti debat, ut vinea hæc afferat pietatis fructus. Nam dictio *W N* in literis sacris tamen si virū significeret: frequenter tamen quiclibet hominem, & rem quamlibet idem significat, ita ut significet Latine idem quod quisque & aliquis. Quisq; ergo debeat afferre mille nummos pro fructu huius vineæ: Id est, ut vinea ista afferat fructus, respondetque colono, nullis parcere impensis, nullis laboribus. Mille nummi pro multis accipiuntur. Frequens enim est in Scriptura sacra numero milionario ut pro qualibet maxima multitudine. Custos itaq; primus, idest, de quo priori loco diximus, magistratus scilicet politicus, tunc afferit nulle nummos cūm ita iura administrat, ut felicitas huius vineæ promoueat, conservetur: cūm semper ante oculos habet rationē æqui & boni: cūm diligenter animaduertit in facinoros: cūm cōdemnat & absolvit quæ admodum ratio postulat. Quæ omnina maximē pertinent ad humanæ societatis felicitatem conservandam & promouendam. Ita tamē omnina temperanda sunt, ut magistratus politicus ad custodiā huius vineæ deferat mille nummos: hec est, cūm intra limites proprij numeris veretur, omnē adhibeat dili-

V. 4 gentiam

gentiam, non tamē velint quā sunt magistrat⁹ Ecclesiastici administrat⁹: ob eam enim rem dicitur: [ Af- fert mille nūmos:] nō enim autoritates iste sunt permīscēdæ. Eadē ratione & magistratus Ecclesiasticus omnem habeat vitare speciem dominationis, & administrationē sēcu- laris iūris prout refugere. Tu⁹ magistrat⁹ Ecclesiasticus mil- de nūmos adfert pro fructu illius vi- neæ, cū sua autoritate fungitur: quē admodū à Christo R.N. frequenter ad viuum depingitur, eo tamen loco aptius, cūm vineā istam cōparat gregi, p̄fectos autem & custodes

**Math. 5.** nomine exprimit pastorū. Hos voluit Christ⁹ ab omni fausto adeo alienos, vt nec magistri quidē nomē- claturam ipsis permisserit, prohibet ne se ferant vocari Rabbi: subditos etiam nē eos vocent magistros, mul- to magis vētuit **Mar. 10.** ne sibi domi-

**Marc. 10.** nationem quererēt. Reges (inquit) gentium dominantur earū, &c. Tūc igitur conserunt mille nūmos ma- gistratus Ecclesiastici, cum pastores agunt quemadmodū docet Petrus,

**1. Pet. 5.** Pascite (inquit) gregem vobis cōmis- sum, non vt dominium exercentes, sed vt sitis exēplaria gregis. Idecq; huius magistrat⁹ officiū, Scriptura nunquā designat superbis illis & tu- mētibus verbis βασιλέων, τυράννων, κυρίων, hoc est, egeim, tyrannum, aut dominum agere: sed duobus po- tiissimum, multū quidem sollicitu- dinis, autoritatis autē quā minimū p̄ferebantib⁹ vocabulis, nempe βασιλεύ, quod est pascere, & ποιητέων, quod est agere, ac ducere. Impende- re itaque mille argenteos pro fru- ctibus huius vineæ, est, eam curam & solitudinem p̄fostare, quam he- dux̄ voces exprimunt. Nec dubium est, quin magistratus Ecclesiasticus,

cui Deus com̄missit vineam suam, (quoniam eius officium designatur verbo pascendi & regendi) p̄ter solitudinem iuris, aliquam admini- strationem habeat, nimirum pas- cendi verbo. Regendi autem vox coercitionē significat, qua ones er- rantes, vel inuitæ compellēdæ sint. Vultis in virga veniam ad vos ( in- quid Pau.) an poti⁹ in Charitate, & spiritu lenitatis? Et idē Pau. hec (in- quid) scribo absens, nē cūm p̄fens fuero durus sim, asper, & rigid⁹, iuxta eam potestatē, quam cōtulit mihi Dominus. Quo loco suā potesta- tem eodem vocabulo designauit, quo sacerdotalium p̄cipuum impe- riū, ad Rom. 13. nēpē ἐργοῖς. Hac potestate frētus, scribit ad Thimo. arguat, increpet: Tito, vt dure redar- guat suos Cretēs: tum verò maxi- mē autoritatem istam iuris dicundi declarat, cūm inquit: Aduerlus p̄f byterum accusationem nō adinisse ris, nisi sub duobus aut tribus testi- bus. Quis itaque nesciat, ad iudicium spectare vocabula accusationis & testimoniū, & num testes admittendi sint nene? Ergo cūm vterque magi- stratus ( quos Salomō cultores ap- pellat ) quae sui muneri sunt probē exequitur, omnesq; in eam rem in- tendit animi conatus, vt vinea ista ingentes pietatis fructus adat: tunc sanè mille adfert nūmos pro fructu huius vineæ.

Vineam coram me est.

**H**O Chemistichū possit & Spon- so accōmodari, polsit & Spōt̄. Si Sōplus loquatur, sensus erit. Ego vineam meam cultoribus locauī, quemadmodum de patre familias **Matt. 25.** dicitur, qui vineam à se ingenti stu- dio & diligentia plantatā tradidit colonis.

colonis. Ego (inquit) vineā meā illis locatis, et illius curam à me non profructus abieci, quasi resignato iure dominii peditus ultra non eam pro mea reputem: quin & tanta cura tā foli cīcē illam custodio, illi consulo, ut perpetuo illam habrā ob oculos. Quāmuis enim ab orbe condito vineam istā duobus magistratibus commendauerit: semper tamen in medio huius vineae se habitasse dicebat. Ego vobiscum sum usq; ad cōsumationem sc̄culi. Pater ille familiās operariū conducebat in vineā suā, p̄tētē mercedis conuentione pro decanario diurno. Nam qui rem aliquam locādo alteri tradit, retinet semper dominium, possessionem, ac proprietatem eius rei, & opporit uno tempore fructus exigit & emolumēta: neque aliud exigit qui rem condūxit, quam mercedem laboris & opere. Itaque pollicetur Sponsus, non se profructus reieccisse vineae eurā. Pau. Quid est (inquit) Apollo? quid verò Paulus? minister eius cui credi distis. Ego (inquit) plantauī: Apollo rogauit: Deus autem incrementum dedit. Itaque neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Dei adiutor res sum⁹, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Quibus verbis aper te testatur Sponsus, verum scilicet Salomonē vineam custodibus tradiſſe excolendam: sed adeò illius curam non reieccisse, ut ipse sit qui solus det incrementa ita ut si custodes cū ipso conserantur, neq; qui rigat sit aliquid, neque qui plantat: tanta est illius cura erga vineā suā. Si verò Spensia loquatur p̄senti carmine: corrigit superiorem illam negligentiam, de qua primo cap. Vīneā meā non custodiui. Iā (inquit Sponsa) adhibenda est omnis solici-

tudo, int̄ēdēdi sunt conatus, ut pro virili portione quisque professione Christianæ vita respōdeat, Ego saltem quod ad me attinet, vinea mea coram me semper erit.

*Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.*

Vox Sponsi est: alloquitur charis suam Sponsam, eamque appellat, hortorū habitatrix. Nā vi superius dictū est, nō mine horti & loci cuiusvis amētissimi, totus piorū cętus intelligitur, qui pietatis operib⁹ mitificā reddunt fragrantia & gratissimū odorem. Superiorius enim Spōsain ipsam hortum appellabat conclusum, constitū arborib⁹ odoriferis & frugiferis, minimēq; sterilib⁹. Otu (inquit) quæ habitas in hortis, cede mīhi vocē tuā: auscultat enim amici, siue cōsortes. Amicos autē appellat iuuenes quos fecū deferebat cōmites. Nō tamē ita accipiēda est amicoru appellatio, quasi ipso iuuenūchoro oēs essent amici, nullusq; esset Spōsō insensus aut inimicus: vox enim Hebreā cōsortes videtur significare. Annotū autem est superioris, inq̄ue cōsulas & adoleſcētes interdū impiorū referre personā, nō nunquā verò piorum hominū, qui tamē pondē accelsēre ad matutam in Christo etatē. Itaq; cū Spōsus causam reddit, propter quā Spōsa debeat edere vocē, q̄ scilicet amici vel cōsortes ausculat: ita intelligēdū est locus, quasi inter iuuenes ipsos, alijs est Spōsi gloriæ studiosi, alijs autē Spōsō insensi, & illius gloriæ & amplitudinis inuidi. Propter utrosque igitur Sponsus petit ab Spensia p̄dat vocem, qua una totum hoc claudat Epithalamium. Petit autē talis sit vox, quæ cōmulis & inuidis doleat, quæ illos ychemēter

præ-

præmat & vexet, tale etiam carmen  
quod amieis Sponsi & charissimis  
gaudium excitet, illosque incredibi-  
li perfundat lætitia.

Fuge dilecte mi, & assimilare caprea  
hinnuloque ceruorum super mon-  
tes aromatum.

**C**laudit Sponsa sacrum Epitha-  
lamium obscurissimo carmine,  
ac lēge difficillimo. Nam quid cau-  
ſe sit, quod Sponsa, quæ charissimū  
Sponsum colit & amat, quæ frequē-  
ter in superioribus petebat ab eo ve-  
niret, properaret instar ceruorum,  
capræarum, & hinnulorum: nūc cō-  
tra, roget ut fugiat, ut discedat tan-  
ta agilitate ut hinnulos, capræas, cer-  
uosque exuperet, & fugiat super  
montes aromatum? Sponsa, quāuis  
aliquandiū charissimi Sponsi præ-  
sentia oblectaretur interim quod  
vertabatur in terris: adeo tamē cupi-  
da est gloriæ & amplitudinis Spon-  
si, ut vehementer cupiat, discedat  
quidem ad tempus: atque hoc bonū  
& eprabile ducit, quod sciat ē re Spō-  
si esse, fugere, & discedere, corporis-  
que præsentiam mortalibus subdu-  
cere oculis, plātata enim vinea, hoc  
est, peracto salutis negotio, quid a-  
liud restabat, postquam vineam cō-  
mitisit custodibus (ut superius dictū  
est) quam ut pro rebus præclare ge-  
fisi in vita mortali æternum & im-  
mortale acciperet præmium? Est ita  
que vox Sponsæ: [ Fuge dilecti mi,  
& super montes aromatum fuge. ]  
Ut per montes aromatum, vel su-  
premos cœlorū fornices, vel cœlites  
ipſos intelligamus: quod mihi maxi-  
mè probatur. Nā superna illa ciui-  
tas plena est odoramentis, & ciues  
ipſi propter insitas ſibi virtutes fra-

grantissimum reddunt odore: [ Fu-  
ge (inquit) dilecte mi super montes  
aromatū, fuge. ] Debet enim ut tā  
ta humilitas, inexhaustus labor, de-  
nique crucis ſupplitium singulari  
quadam & eximio afficiatur præ-  
mio: & tanta ista humilitas propter  
obedientiam paternam, quæ uisque  
ad ſupplitium atrocissimum perue-  
nit, in ſublime euahatur, hoc eft ſu-  
per montes ipſos aromatū: ut quē-  
admodum Pau. inquit, à mortuis Eph. 1.  
excitatus, ſedeas ad dexteram Pa-  
tris in cœleſtibus, ſuper omnē principi-  
patum, ac potestatem, & virtutem  
& dominationem, & omne nomen  
quod nominatur, non ſolum in hoc  
ſeculo, verum etiam & in futuro.  
Hæc autem Sponsi gloria & ſubli-  
mitas, quæ uis Spōlo propter præ-  
clara virtutum ornamenta & res  
ipſas præclaræ gestas debeat, eft  
tamen Sponsæ vehementer neceſſa-  
ria. Nam quemadmodum idē Pau.  
inquit, Sponsa ipſa quemadmodum  
cū Christo fuit mortua & excita-  
ta, ita etiam, & cū illo conſcendit  
ſuper mentes odoriferos. Deus (in-  
quit Pau. ) qui diues eft in miseri-  
cordia, propter nimiam charitatem Eph. 2.  
ſuam quā dilexit nos, cū eſſemus  
mortui delictis, cōuiuificauit nos cū  
Christo, simulque cū eo fuſcita-  
uit, ſimul cū eo ſedere facit in cœ-  
leſtibus. Quasi dicat: Simul cū il-  
lo conſcendimus montes aroma-  
tū, & in Christo Iesu excessimus  
dignitate & honore cœlites ipſos.  
Quidquid ergo dignitatis, quidquid  
præmiij Christus a Patre accepit  
propter res ſocliciter gestas, id o-  
mne in Sponsā à Christo deriuatur.  
Sponsus enim eft caput Spōsæ, quē-  
admodum idem Paulus testatur. Eph. 1.  
Quis verò ambigat capitis honorē  
& gloriam in totum corpus ſingu-  
la quæ

Iaque m̄bra redundare: præsertim cūm corpora hoc sit cœlesti opificio & compa&cum & conglutinatum? Cūm ergo Spōsa petit, [Fuge, &c.] scit eandem ipsam gloriam Sponsi in ipsam redundare. Deinde regressus hic Sponsi sūper mōtes aromatū plenus est cōsolationis, & exicitat Spōlam ipsam in eximiā quādam & incredibilem spem. Hæc enim est spiritus arrha in mentib⁹ fidelium, quèd Sponsus charissimus cœlos concendit, montes omnem arcinatuin p̄ter gressus. Idē Pau:

**Ephes. 2.** postquam dixerat Sponsam simul cū Sponso in cœlis eratam, statim subiecit. Ut ostēdat in sœulis super venientibus eminētēm opulētiām & gratiæ lux, ingentesque diuitias. Nunc enim Spōsa his omnibus diuitijs, quibus ipsa sœculi consumatione dabitur, plena est in Christo: in Christo fœlix, in Christo opulenta, habetque in capite suo arrham & pignus carū diuitiarum, que Spōsam manet in cœlis. Tunc enim mit

tetur in possessionem illius fœlicitatis, quam habet in capite Christo, recipieturque in consortiū beatitudinis. Magnæ igitur confidentiæ & solidæ spei causa fuit hæc Sponsi figura super montes aromatū, ut Spōsa certò crēderet & speraret se in cœlū cōscēsurā. Postremo, ut Spōsa Christi mole carne adhuc presul supra eos omnes se salteat mēte & ratione attoleret, Sponsus ipse super cōsiderē mōres fugit & ascendit, ea agilitate qua capre solēt per mōtes discurrere. Fieri enim nō poterat, ut corp⁹ caput suū non intueretur, perpetuò desideraret, summaq; charitate cōpletaretur. Hinc enī natum arbi Phili. 3. tror, quod Sponsæ conuersatio ( ut Pau. inquit) in cœlis est: ita ut quāvis in terris versetur, nihil minus erit quam terrena, quod Spōsum charissimum habet in cœlis: in quo sita est tota illius fœlicitas & beatitudo: quam tandem illi conferenturas aliquando iudex viuorum & mortuorum. Amen:

Finis Comentariorū Cypriani Monachi Cisterciensis, in  
Canticum Canticorum Salomonis.

1621. 801



COMPLVTI,  
Excudebat Ioannes Imgucz à Leque-  
rica, 1581

